SAMVELIS STRYKII, ICti.

DISSERTATIO DE IVRE VXORIS IN BONA MARITI.

Vom Recht des Weibes an des Mannes Gütern.

IENAE, LITTERIS IOH. CHRIST. CROEKERI. 1745.

PROSCENIVM.

LECTORI CANDIDO FELICITATEM!

ETiamsi maritalis potestas latissime se extendat. GELL. *lib. 3. Noct. Att. cap. 2.* TAC. *lib. 23. Annal.* vt & bona & corpus vxoris afficiat. *l. 22. C. de Adm. tut.* non tantum quoad reuerentiam. *Gen. 3. v. 16. 1. Cor. 14. v. 34. Ephes. 5. v. 22. seqq. Colos. 3. v. 18. Tit. 2. 1. Pet. 3. v. 5. 6.* Sed etiam quoad omnis generis honesta obsequia ab vxore ipsi decenter praestanda, quae in tori genialis, foci ac coli, aliarumque rerum domesticarum, generi foemineo commissarum, cura, cum indefesso studio, ad nutum mariti procuranda praeprimis sita; Ast eidem omnem vxoris, liberorum, seruorum & totius familiae sustentationem annexam esse, inter omnes constat. *l. 22. §. 8. Sol. Matr. l. Dotis fructus. ff. de Iure Dot. l. pro oneribus. C. eod. l. Si filia f. Fam. hercisc. C. 11. dist. 3. Arnis. de Connub. cap. 7. sect. n. 23.* Cuius in compensationem dotes receptas passim in iure videmus; per quas oneribus matrimonialibus leuamen adhiberi, ac masculi ad nuptias cum foeminis ineundas inuitari possunt. *arg. l. 34. ff. de Iure Dot.* Cum vero ob varia rerum discrimina, variosque casus, euenire facile queat, vt maritus saburra aeris alieni obrutus, facultatibus labatur, rebusque eius ad inopiam red-

actis, illatae dotes male perdantur; publice vero nihilominus intersit, dotes mulieribus conseruari. *l. 1. ff. Sol. matr.* KOEPPEN. *in Vsu Pr. lib. 2. obs. 23. n. 10. & l. 2. de Iure Dot.* ne fragilitate suae naturae in repentinam deducantur inopiam; *l. vn. §. 15. C. de R. V. A.* Eapropter prudenter & aequissima ratione *vxoribus iura quaedam in bona mariti sunt indulta.* Quorum cognitio cum admodum necessaria sit, inque multas adeo se vtilitates profundat, operae duxi de hoc pro virili, & quoad eius a tenuitate mea fieri potest, dispicere; nihilque anceps haereo, disputationem inauguralem hac de materia conscribere, eiusdemque tractationem suscipere. Enim vero parum hic nouitatis vel raritatis ausim promittere: collegi tantum quae Dd. passim habent, vel alias in iure se mihi inter memorandum, ita vt fit, obuiam dedere. Ad quae expediunda dum me accingo, vnice habeo in votis, vt aequus mihi Lector obtingat, quique suum mihi candorem probet, & si qua occurrant, ea pro ingenii sui felicitate restituat, nec ita male pertinax in me virgulam censoream stringat; cum non vnius hominis sit, videre simul omnia & exequi. Forte cecidi ego, cecidit qui praeiuit, cadet qui nos sequetur. Toleremus nos inuicem. Caeterum cum nostrae scientiae perfectio & finis vltimatus sit Iesum scire, quis suarum meditationum a salutari hoc nomine non caperet primordia? Quare enixe precamur Iesum nostrum, vt nobis iam volens ac propitius adsit, ob nominis sui sanctissimi gloriam. Illius auspicio proinde esto

CAPVT

CAPVT I.

VOCABVLORVM EVOLVTIONEM TRACTANS.

SVMMARIA.

1. Cum ex nominum notitia ad rerum intellectum paulatim prouehamur, atque ex eorum interpretatione facilius rei ratio nota fiat. BALDVS *in l. Si non conuitii, C. de iniur.* RVLAND. *de commiss. p. 1. lib. 1. cap. 2. n. 1. seq.* HERING. *de fideiuss. cap. 2. n. 1. seqq.* Stoicos imitemur, (a quibus ICti imbuti fuerunt. CVIAC. *11. obs. 37.* CHIFLET. *lib. 1. de fideicomm. cap. 1.* EMER. MERILL. *L. 1. obs. 10.*) qui nominis notationem studiose inquirere solebant. CIC. *lib. 1. offic.*
2. Vocabuli *iuris* quidem varias esse significationes, vt luce meridiana clarius, ita in praesentiarum nihil opus erit deductione, ne actum agamus. Qui cupit euoluat. *l. 11. & 12. ff. de iust. & iur.* GROTIVM *admirabilem de I. B. & P. lib. 1. cap. 1.* PVFENDORFF. *de I. N. & G. l. 1. cap. 1. §. 20.* MAVRIT. *de princ. iur. publ. Germ. cap. 1. n. 3. & seq.* MOLINA *de iust. & iur. tr. 1.*
3. *disp. 2.* LESSIVS *de iustit. & iur. lib. 2. cap. 2. dub. 2.* HAHN. *ad* WESENB. *d. t. n. 14.* decem recenset acceptiones, SCOTAN. *Exam. iur. t. de iur.* GOTTFRID. FIBIG. *Elect. iur. publ.*
4. *Sem. 1. quaest. 1. n. 2. & seqq.* Nobis hic facultatem moralem personae ad aliquid agendum vel habendum competentem denotare nemini nostrum obscurum esse poterit.
5. Illud enim recte *iuris dicitur seu facultatis moralis*, quod ex permissione legis aut hominis dependet; e contra vero istud

istud dicitur *mere facultatis*, quicquid ex sola voluntate facientis originem trahit. 6.

His diutius non immorabor: progrediar potius ad vocabuli *Vxoris* originem & Emphasin natiuam: quae videtur ita dicta ab vngendo. DONAT. *in Ter. Hecyr. act. 1. sc. 2. verb. vxorem.* CALVIN. & BARNAB. BRISSON. *in Lex. hac voce.* TIRAQVELL. *de LL. Connub. l. 1. n. 26.* quia, cum 7. ad limen mariti accederet, priusquam ingrederetur, postes domus adipe suillo aut lupino attingebat, ne quid 8. mali inferretur. PLIN. *lib. 28, cap. 9.* vnde dicta vxor, quasi vnxor. BRISSON. *Antiq. 18. & de Ritu Nupt. p. 525. & seq.* Ex 9. hoc & Iuno, quae Praeses nuptiarum habebatur, non solum Iter Duca, Domum Duca, sed & Cinxia & Vnxia salutatur: Non vero quasi Vixor quod seorsim viuat a suis, 10. quod nonnulli volunt. Quicquid eius sit, Philologis hoc disceptandum relinquimus.

Sumitur autem vocabulum *Vxor* generatim pro quauis vxore etiam illegitima, siue tali, cum qua matrimonium non secundum praecepta legum contractum est. 11. *l. 24. ff. de R. N. l. fin. C. de Seru. fugit.* Vel etiam pro secundaria, quales olim in Veteri Instrumento longe plures die Kebs-Weiber, & hodie Principum ad sinistram iis manum iunctae. *Videsis* PRAESID. *Exam. Iur. Feud. pag. 112. qu. 7. Et* IOCABINVM *de* SANCTO GEORGIO *de Feudis verb. Et vnus n. 1. fol. 104.* qui explicat, quare ad Morganicam hoc matrimonium dicatur, & quid sit?

Deinde & pro vxore inchoata magis, quam consummata accipitur; vti sponsa instar vxoris est MEV. *decis.* 12. *Summ. Trib. Wism. VIII. decis. 273. n. 5. 6. 7.* Conf. TIRAQVELL. *in L. connub. p. 16. gl. 2. pag. 251.* Sicuti non infrequens est in sacro codice, quod sponsa vxor appellitetur. 13. Conf. *Deut. 22. v. 24. ibique Theol. Matth. 1. v. 20.* vbi Angelus inquit: Ioseph, filie David, noli timere accipere Mariam Coniugem tuam &c. *Genes. 19. vers. 14. Oseae cap. 4. vers. 13.* Dicto *cap. Deut. 22.* dicitur, posse verum adulterium committi cum sponsa alterius; Propterea merito iuris Diuini 14. ordi-

ordinariam adulterii poenam mortis ſuſtinet. Neque
15. dubitari poteſt iure mariti ſponſam a ſponſo adulterii accuſari poſſe; ſicut hoc ipſum generaliter declarat. *l. propter 7. C. de adult. ad Leg. iul.* BACHOV. *ad Treutler. 3. 6. 1. 6.* BERLICH. *p. 4. c. 27. n. 144. Pruſſ.* Landr. *de Anno 1620. l. 2. tit. 4. art. 1. in fin.* PETR. FR. TONDVTVS *Reſol. benefic. lib. 1. cap. 117.*
16. *n. 14.* Admittunt tamen mitiorem arbitrariam poenam in tali ſponſa. Add. KOEPPEN *in Vſ. pr. obſ. 34. n. 9. pag. 118.*
17. Generaliter ergo habetur pro vxore non modo in fauorabilibus. *l. 74. ff. de Jure Dot.* ſed & in delictis ac poenalibus. *l. 3. & 4. ff. de Parricid. l. 6. & 8. in fin. de Gradib.* CARPZ. *Pr. Cr. quſt. 56. n. 7. & ſeqq.* BRONCHORST. *Cent. 4. aſſert. 18.* KOEPPEN. *Obſ. 172. n. 17.*
18. Si vero materia ſit valde odioſa, & ſimul ſubſit ratio diuerſitatis, regulariter ſub vxoris nomine ſponſa non venit. KOEPPEN *in Vſu pr. d. obſ. n. 19.* MANGILIVS *de Imputation. quaeſt. 185. num. 3.*

19. Haec tamen omnia in ſponſa de praeſenti ſolummodo procedere, notat BART. *in l. cum patri ff. de Pact. Dot.*
20. CHRISTIN. *ad Stat. Mechl. t. 2. art. 12. n. 2.* Aſt non in vidua. ALEX. *Conſ. 207. n. 9. v. 5.* CARD. TVSCH. *pr. concl. tom. 8. lit. V. concluſ. 204. n. 10. & ſeq.* Licet vidua honeſte viuens virgini acquiparetur *l. inter liberos ff. ad Leg. Iul. de Adult. §. item Lex.*
21. *Iulia Inſt. de Publ. iud.* In ſtatutis municipalibus appellatione vxoris & mariti, non proprie continentur ſponſa & ſponſus, ſed ex quadam interpretatione. *l. Oratio in verb. Vt ſuppleatur quod orationi deeſt. & ibi* BALD. *de Sponſal.* Proprie tamen loquendo ſponſa ab vxore, & ſponſus a marito multum differunt. *l. 1. §. & primum ff. pro dote l. Sancimus*
22. *C. de Nupt. l. quod Seruius ff. de Cond. ob cauſ.*

Speciatim pro vxore rite plenéque ducta capitur, quae rerum humanarum ac diuinarum particeps & iuſta dici
23. conſueuit. WESENB. *ad §. pen. I. de Nupt. lit. Q.* Socia viri & vxor foederis ejus. MALACH. *2. v. 14.* Quo ſenſu nomen illud dignitatis eſt. POMERESCHIVS *in Annot. ad §. 12. I. de Nupt. p. 93. vbi exemplum:* non voluptatis; vti Aelius Verus Imper. vxori conquerenti de extraneis voluptatibus, dixiſſe ſcripto-

ſcriptores narrant: patere me per alias exercere cupiditates meas, vxor enim dignitatis nomen eſt, non voluptatis. SPARTIANVS *in Aelio Vero.* Cui conſonum eſt il- 24.
lud Vlpiani: Inter Vxorem & concubinam praeter dignitatem nihil intereſt. *in l. item legato 49. §. parui ff. de Leg. 3.*
ibique GOTHOFRED. BARBOSA *in V. lib. decret. tom. 1.* 25.
pag. 569. t. 3. eam appellat vxorem ſiue coniugem, quae a viro ſuo eſt cognita; quamuis id eſſentiam coniugii haud quaquam abſoluat. Namque an illa reuera vxor dici poſſit, quae quidem rite ducta, non tamen copula interuenerit; & an ad hoc praeciſe ſanguinis requiratur commiſtio:
Vid. VALERII *differ. vtr. for. tit. Matrimon. pag. 518.* Prae- 26.
ter haec non ſufficit animorum coniunctio in odioſis, cum prohibitae nuptiae ordinarie non puniantur ob ſolam animorum coniunctionem. *Cap. debitum 5. x. de Bigam.* Enim 27.
vero nec corporum coniunctionem quondam in veteri Inſtrumento leges praeciſe deſideraſſe, facile exemplo Dauidis demonſtrari poterit: Cum nemo noſtrum negarit, Abiſag fuiſſe vxorem Dauidis, vtut eam non cognouerit carnaliter.

Nos hic putamus eam demum eſſe vxorem, quae 28.
per benedictionem ſacerdotalem alicui rite iuncta. Praeprimis cum hodie ante eam non ſit matrimonium ratum & legitimum *C. Aliter 30. qu. 5.* quae poſtquam legibus conſiſtorialibus iniuncta, obligationem in conſcientia inducit.
PRAESES *diſput. 23. Dec. 4. th. 7. Vol. 2.* Nec obſtat, quod 29.
ea ad legitimitatem liberorum non requiratur. BRVNNEMAN. *in Iure Eccleſ. lib. 2. cap. 16. annot.* PRAES. *6. ad verb. Succedat vt legitimus;* quippe quae non diiudicatur ex legibus eccleſiaſticis, ſed ciuilibus. Quod ſi autem nuptiae ſint probatae, quod ſit hodie per benedictionem ſacerdotalem in calendariis eccleſiaſticis conſignatam, durch den Trau-Brieff, effectus legitimationis per ſe ſequitur. PRAES.
Tr. de Caut. Contr. ſect. 3. cap. 8. §. 1. Quomodo quondam 30.
vxores factae per ſolennes coemptiones, & de earum mercatura vid. FOPPIVS *ab* AZEMA *differ. iur. ciu. lib. 2.*

cap. 11. imo per vſucapionem ſcilicet annuam; ſi per tres noctes non interrupta poſſeſſione detenta. vid. HOTOM. *de Vet. Ritu Nupt. cap. 20.* AVL. GELL. *3. 2. & 18. 6.* Add. WISSENB.
31. *lib. 23. ff. diſp. 44. de Ritu N. th. 8.* Vxorem in Belgio poſſe fieri coram Secretario & teſtibus. vid. PRAES. *ad Brunnem. Ius Eccleſ. cit. loc.*

32. Quondam duas vxorum ſpecies exſtitiſſe, quorum aliae matresfam. dicebantur, aliae ſimpliciter vxores, ex CALLISTRATO *in l. de Iure ff. ad Municip. praeprimis Robert.*
33. *lib. 1. ſentent. iur. cap. 4. conſtat.* Vxorem aliquam non eſſe quomodo probetur, vid. MASCARD. *de Probat. concl. 1429. n. 19.* & quae praeſumatur cognita a marito *Id. concl. 1414. n. 13.*

34. Germanice vxorem nominant eine Frau, Eheweib, Sax. ein Weib, & recte dicitur Männin: cum reperiatur hoc vocabulum in Germanica verſione S. Scripturae: Licet illud nomen tantum ad imitationem Ebraiſmi factum, alias non vſitatum dicat PFEIFFER *Exercit. de Lingua pri-*
35. *maeua.* Non *Vira* quia hoc vocabulnm apud Latinos plane inſolens: vtut Druſius ex Feſto Pompeio, & alii ex Varrone producant *Viras*; apud Autores Claſſicos tamen non occurrit. *Virago* autem eſt mulier virili animo praedita, vt ſit aetatis magis & animi, quam conditionis ac ſortis. Ex quo deſcendit illud OVIDII: *Bello metuenda Vi-*
36. *rago.* Ouidius habet *Maritam* pro vxore. Appellatur & *Domina. l. 41. ff. de legat. 3. l. fin. §. fin. §. de Aur. & Arg. legat. l. 19. §. 1. ff. de Ann. legat. Domeſtica,* GISEBERTVS *in Deut. cap. 22. v. 5. n. 90. & ſeqq. Idem in* IVSTIN. *Harmon. §. 2. de iniur.* habet quatenus vxor domina ſalutari poſſit. Add. TIRA-
37. QVELL. *de leg. connub. l. 5. n. 11. & 3. ſeqq.* Nos nomen hoc eidem non inuidemus, modo in maritum ac totam familiam ſibi non ſumat dominium. Non enim placet mihi domus, in qua Gallina cantat, Gallus vero tacet HEID-
38. FELDI SPHINX *Theol. pol. cap. 17. p. 262.* Quae Gynaecocratia priſcis Germanis ignorata & obſcura fuit. Imo apud omnes fere gentes mariti poteſtatem & dominium in vxores habue-

habuerunt GEORG. SCHVLTZE *ad Inst. de Patr. potest. lit. A. not.* Quae maritalis potestas ex consummatione matrimonii; Si non de Romano. Confer TABOR. *in Armamentario Iustin. c. 4. th. 5. p. 265.* saltim diuino iure, quo est maritus dominus. *Genes. 3. vers. 16.* cuius dominii vim satis rigide expressit Autor germanicorum Bibliorum de anno 1493. quae Berolini in Illustri bibliotheca Sereniss. Brandenb. asseruatur, his formalibus: Dat is: He schall över di heerschapen, di vaken the pynigen, ende the schlagen. Et Saxonico, quo vxoris suae cum omnibus bonis ipsius Tutor. *Saxon.* Landr. *l. 1. c. 3. 1.* Confer KOEPPEN *in Vsu Pr. obs. 37. n. 20.* Sic *Genes. 18. v. 12.* Sara maritum vocat dominum. Conf. SYRAC. *9.* ibique ANDR. OSIANDR. *Comment. lit. A.* TIRAQVELL. *de leg. connub. l. 1. n. 1. n. 14. & 15.* De maritorum dominatione edictum extat ESTH. *2. v. 19.* · Antiquam 40.
maritorum in vxores potestatem cognoscere auidus, adeat FOPPIVM ab AZEMA *differt. iur. ciu. lib. 2. cap. 11.* & TIRAQVELL. *de Leg. Connub. gl. 8. n. 1.* Neque maritus eandem 41.
reuerentiam debet vxori, quam haec marito. HERING. *de Fideiuss. 6. 178.* Vxor enim obsequia & reuerentiam debet marito. *l. Vn. §. cum autem 7. C. de R. V. A.* GOEDD. *3. Cons. Marpurg. 28. n. 160.* quia ille est caput in rebus Coniugii & familiae; vxor autem tantum sit pars familiae maritalis. GROT. *de Iure B. & P. lib. 2. cap. 5. §. 8.*

Verum enim vero licet ita vxor quoad plurima in 42.
dominatu viri HERING. *de Fideiuss. 6. 108.* eiusque in officio sit, atque ad opera mariti adstringatur. *l. Sicut patronus 48. de R. N.* ANTON. FABER *in C. de Dedit. lib. def. 11. n. 1.* SVRDVS *de Aliment. tit. 1. qu. 32. n. 2.* Intelligendum tamen hoc, quoad operas obsequiales, v. g. parare mensam & lectum. SVRD. *d. tr. tit. 3. qu. 29. n. 14.* Conf. ANT. *de Guenarra Op. hist. & pol. pag. 140.* GVTTIERETZ. *lib. 2. qu. 120. n. 3.* & NEVENHAHN. *tr. de Iure Viduit. sect. 18. lit. B.* non vero quoad operas fabriles. ALEX. *conf. 100. supr. cas. lib. 1.* Add. IOSEPH. LVDOV. *decis. 28. p. 1.* ABBAS *in C. Literis col. vlt. ad fin. de Testib.* Hinc si vxor per artem sericam vel acu 43.

pingendo, aut caelatura quicquam lucri fecerit, hoc vxori proprium manebit. MARIA *in ff. Nouiss. tom. 3. tit. Societas cap. 21.* KLOCK. *Consil. 70. n. 74. tom. 2.* Contra nitente MEVIO *ad Ius Lubec. p. 2. tit. 2. art. 12. n. 141.* & HEIGIO *p. 1.*
44. *qu. 29.* Non enim omnino est ancilla & mariti famula, sed potius cum temperamento & ciuili modo: melius ei vtile quoddam dominium concedendum, dummodo recognoscat maritum superiorem & directum dominum. Conf. *Gloss. in Cap. fin. in verb: Costa C. 33. qu. 4.* quae forsitan eleganter refert, quod mulier non ex capite, sed ex costa Adae sit facta: ita vt nec sit famula nec domina, sed medium quoddam ac socia mariti perpetua. *C. Quales 30. qu. 5. l. 1. ff. de R. N.* VVLTEI. *1. Consf. Marp. 30. n. 74.* Hinc non
45. vltro & sponte hoc dominium concedendum est foeminis a maritis: quale a Iustiniano Theodorae suae factum fuisse aliqui, sed nimis ruinoso fundamento iactitant; sicut recte & rite id improbauit VNGEPAVR *in exercit. iust. 1. qu. 6.* Exemplum vxorum quae maritellos verberant & viris dominantur, suppeditat B. SCHVPPIVS *pag. 365.* quae ita extreme pertinax fuit Sie wolte ihrem Mann nicht gehorchen, so lange sie Margretha Ian Iansons Tochter hiesse. Idem *p. 294. 553.* habet, daß die Weiber das Regiment suchen,
46. vel clam, vel vi, vel precario. Et licet inter coniuges mutuam seruitutem esse dicat FR. MARCVS *Decis. Paral. Delph. Tom. 2. quaest. 25. num. 12.* non tamen ex hoc vxor po-
47. testatem & dominium in maritum habet. Quorsum pertinet illud GROTII *lib. 2. cap. 5. §. 9. 2.* qui dicit, vxori competere ius in corpus mariti ex lege Euangelica. Caeterum an mulieres ideo fortiores, excellentiores & praestantiores viris, quia forsan ex materia digniori, scilicet costa viri, & vir tantum ex limo terrae; Insuper Adam extra Paradisum, Eua vero in Paradiso facta, nostrum in praesenti non est inquirere: cum costa illa ex limo orta originem istam suam in Eua quoque retinuerit; loci autem circumstantia rebus ipsis nihil, aut parum gloriae addat. Cui volupe est, adeat CHASSANAEI *Catal. Glor. Mund. p. 2. caus. 8.* Ter-

Tertium disputationis nostrae vocabulum est, BONA quae hic intelliguntur mobilia & immobilia etiam iura & actiones *l. 23. l. 49. ff. de V. S. l. 30. §. 1. ff. ad SCt. Treb. l. 9. ff. de Leg. 2. l. 72. ff. de Iure Dot.* KOEPPEN. *in Vs. pr. obs. 16. n. 7.* COVARR. *Op. 1. fol. 25. col. 3. num. 1.* FR. MARCVS *Decis. Tom. 1. qu. 322. num. 1. & 2.* imo & seruitutes *l. 15. §. 8. ff. quod vi aut clam:* quia & per seruitutes actiones habemus. *l. 1. Si seru. vind.* Nec obst. *l. 1. Vsuf. leg.* cum non entis nulla sint accidentia. Ita & HOTOM. *6. obs. 25.* pluribusque ad hoc citatis LL. comprobat. GOEDD. *ad l. 49. de V. S. n. 15. Dissent.* CVIAC. *in not. post. pr. I. de R. D.* & quicquid praeterea bona saltim fide possidemus PETR. FR. TONDVTVS *Resolut. Ciu. Contr. lib. 2. c. 50. n. 31.* licet dominium nobis competat. *d. l. 49. ibique* WESENB. *ib. 6. l. 52. de Acq. Dom.* Res enim quaeuis latissima significatione in bonis esse dicitur, quae detinetur, etiam commodata, deposita &c. *§. fin. Inst. de Interd.* Dein, res bona f. possessae *d. l. 49. & 52.* Denique res dominii nostri. GIFAN. *in Rubr. ff. de Acq. domin. 29. & add. l. 52. cod. t. n 2. 3. 4.* Intelligo autem tantum bona fortunae, in quibus tanquam in materia propria, quam tractet, versatur ista iuris ciuilis scientia; cum in his primarium & praecipuum iustitiae munus constitutum sit. Caetera aut pertinent ad forum physicum, aut philosophorum iudicio discutienda. 48. 49. 50.

Pluscula hic addere sponte supersedeo, atque tendo ad Etymon vocis mariti. Huius ergo originem & emphasin natiuam quod concernit, diminauit haec vox ex mare; mas autem quasi *mars* dicitur; quod effoeminatos viros esse haud deceat, sed masculos, maritales, vt sic loquar, & fortes. CALV. *in Lex. verb. Maritus* dicit; eam ita vocari a contractis nuptiis. *Vid.* HILLIG. *ad Donell. lib. 13. cap. 18. lit. L. l. & not.* Ita inter maritos, h. e. inter virum & vxorem *l. 52. ff. de Donat. inter Vir. & Vx.* Mariti appellatione non raro venire sponsum supra iam diximus. *Add. l. 3. ff. de Fundo Dot. l. Non sine C. de Bon. quae lib. l. 2. C. de Bon. mat.* PET. HEIG. *p. 2. quaest. 28. n. 14.* Exinde est quod dicitur; si de matrimo- 51. 52.

trimonio quid diſponatur, id quoque habere locum in
ſponſalibus *l. Tutor. 15. l. Oratio 16. ff. de Sponſal.* ANT. NATT.
conſ. 282. num. 1. NICOL. BOER. *deciſ. 22. num. 33. ſeqq.* AL-
53. BERT. GENTIL. *in Tr. de Nupt. l. 2. cap. 23. poſt pr.* Sumitur
porro vir pro marito, apud Iuſtinum & alios; coniux, mas,
maſculus & dominus in iure ciuili. HILLIG. *ad Donell. c. l.*
54. Salutatur & maritus *operimentum oculorum*, partim a iure
quod in vxorem habet, atque ab officio illius protegen-
dae, vti *Ruth. 3. v. 9.* partim ab officio vxorum in viros,
vt iis ſubiectae ſint; in cuius rei ſignum vxor velanda.
Geneſ. 24. v. 65. 1. Cor. 2. v. 5. & ſeqq. Add. PINEDA *in Prou. l. 5.
c. 3. num. 10.* Licet probabilius omnes Ebraeorum foemi-
nas tam virgines quam nuptas velatas inceſſiſſe. Vid.
55. GEIER *de Luctu Ebraeor. cap. 11. p. 241.* Quicquid huius ſit,
iure ciuili tamen non obſcurum propterea aequum eſſe
56. defendi vxores a maritis. *§. 2. I. de Iniur.* Licet aliquando
aequum eſſe poſſit viros ab vxoribus defendi. *Vid. Deut. 25.
v. 11. ibique Gieſebertum n. 327. & ſeqq.* vbi caſus, ſi vxor ac-
ceſſerit ad eripiendum virum ſuum e manu eum percu-
tientis, hoc ab officio mulieris nihil alienum eſſe; cum
ad hoc vnusquisque proximo ſuo teneatur, vt eum a
periculo imminente liberet ac defendat, multo magis id
conueniet vxori. Add. KOEPPEN. *in Vſ. pr. obſ. 13. per tot.*
& GIESEBERTVS *ad §. 2. Inſt. de Iniur. in ſuo Iuſtin. Harmon.*
modo hic vxor non excedat ſexui ſtatutos terminos, pu-
dicitiae ac defenſionis. Dein vxor recte agit & defendit
maritum, ſcil. pro liberatione mariti captiui. GILHAVS.
Arb. Iud. Crim. pag. 232. num. 28. Sic quoque maritum ab-
ſentem & impeditum vxor defendere poteſt, adeoque
contra ſententiam, qua mariti appellatio deſerta pronun-
ciata, reſtitutionem petere. MEV. *p. IV. deciſ. 329. & 390.*

CAPVT

CAPVT II.

DE ACQVISITIONE IVRIS VXORII IN BONIS MARITI.

SVMMARIA.

Ratio-

1. Dum omne ius nostrum in acquirendo, conseruando & amittendo consistit. *l. vlt. ff. de Legib. ibique* B. BRVNNEM. iura vxoris in bonis mariti eadem methodo exhibebo. Paucis vero antequam ad acquisitionem me conferam, quaenam illa iura vxoris sint, expo-
2. nam. Vbi quidem in antecessum illud vxoris ius describo; quod sit facultas moralis vxori a legibus indulta circa mariti bona, illis vtendi, insistendi & ea persequendi. Verba descriptionis cum obscura non sint, illis non im-
3. morabor, tantum verba tangenda, quibus iura vxoris per compendium exponuntur; quod scil. consistant in VSV, RETENTIONE & PERSECVTIONE BONORVM MARITI; Quae persecutio obtinet, siue maritus bona illa possideat, siue extraneus. De singulis sigillatim ac breuiter.

4. Vsum bonorum mariti quod concernit, dependet ille ex vinculo societatis coniugalis, vbi vxor vitae fortunarumque socia constituitur ipsa matrimonii lege: iniquum ergo foret, hanc, omnis fortunae sociam. CAROL. MARANTA. *Resp. 48. n. 20. vol. 3.* quam maritus aeque charam atque se ipsum habet, ab vsu bonorum maritalium velle excludere. Vid. MYLER. ab Ehrenbach *in Gamologia Per-*
5. *sonar. Imp. Illustr. Cap. 1.* Vnde & de iure Iustinianeo omnium rerum promiscuum vsum ad vxorem pertinere asserit MARCVS GIVRBA. *decis. regn. Sicil. 111. n. 3.* SANDE *lib. 2. tit. 5. def. 1.* COVARRVV. *de Matrim. part. 2. cap. 7. §. 1.* NEO-

STA-

STADIVS *de Pact. ante nupt. obseru. rer. iudic. 9.* MEV. *ad Ius Lub. lib. 1. tit. 5. art. 5. n. 5.* FICHARDVS *tom. 2. consil. 131. n. 5.* Vid. *l. 17. C. de Furt.* BOCER. *class. 1. disp. 9. th. 1. lit. c.* ipsamque vitae societatem eam quasi dominam facere. *Excell.* COCH. *Assessor Tribun. Wismar. Grauissimus in Prax. For. Germ. p. 2. de Act. Rer. Amot. pag. 149.* MYLERVS *d. l. cap. 7. §. 22.* Hinc est, quod nuptiae appellentur species societatis arctissimae. HILLIG. *ad Donell. lib. 13. cap. 18. lit. z. & not.* §. 1. *Inst. de Patr. pot. l. 1. §. 3. ff. de Iust. & Iur. l. 1. ff. de Rit. nupt.* Quod 6.
& iuri diuino admodum consonum esse videtur, communem coniugum efficiens fortunam. *Genes. 1. v. 24.* quod duos in vna carne constituit, & ex duobus vnum effecit corpus. FRANCISCVS de AMAYA *lib. 2. obseru. cap. 1. n. 19. seqq. Cap. debitum. X. de Bigam.* Adeoque illud ipsa naturalis aequitas ex vitae consuetudine indiuidua & consocietate introduxit, iuxta *l. 1. ff. de R. N.* Ne videatur viuere vxor in seruitute indignissima. Quod ipsum & Ethni- 7.
cis haud obscurum fuit, asserentibus, societatem coniugalem omnium esse primam & antiquissimam. ARISTOT. *in Oecon. lib. 2. c. 1. & lib. 1. cap. 3.* vbi eam societatem elementum mundi dicit & seminarium generis humani. Huc refero & *Ciceronis* dictum haud inconcinnum *2. Offic. Prima,* inquit, *societas in coniugio, proxima in liberis, deinde vna domus, communia omnia.* Potius mariti est, foris parta afferre; 8.
vxoris, intus, quae allata, conseruare ARIST. *d. libr. 1. Oecon. cap. 3.* quae non minor virtus est quam quaerere. WISSENBACH. *lib. ff. 23. tit. de R. N. disp. 44 th. 12.* Qua- 9.
propter damnandi coniuges, qui cum sibi inuicem corpus, animum & vitam suam credere debeant, bona committere detrectant. Videsis COLVMELL. *in lib. fin. de Re rust. in praefat.* TIRAQVELL. *Leg. Connub. 8. n. 8. Lycklama 7. membr. 27.* Hinc tanquam fidelis adiutrix bona mariti 10.
omnemque familiam pro arbitrio & voluntate domini siue mariti recte gubernat ac administrat; vtut nullam necessitatem leges imponant. *l. 8. C. de Pact. conuent.* Add. PETR. FR. TONDVTVS *in Resolut. Controu. Ciu. cap. 109.*

11. Ex quibus colligo, vxorem pro lubitu posse adire arcam mariti nummariam; daß sie frey zur Cassa gehen könne, ad expendenda quaeuis necessaria in vniuersae familiae
12. emolumentum & commodum. Sed quid si maritus tam sordidus, auarus atque suspiciosus, ita vt vxoris fidei pauca vel plane nihil committat ac tradat, ex quo se ipsam, atque familiam conseruare possit & quid si maritus illud ei expressis verbis prohibuerit? Resp. Arridet hoc casu nobis sententia moralistarum, affirmantium, vxorem clam tali marito pecuniam sine peccato atque illaesa conscientia auferre, inque suam vel liberorum vel familiae vtilitatem impendere posse. FAGVNDEZ. *in 7. praecept. De-*
13. *cal. lib. 7. cap. 8. n. 14.* Nam, absque illa ratione Maritus tam acerbe ac inique tractat vxorem, in sui ipsius & bonorum detrimentum, denegando familiae necessaria, cuius tamen indigentiam & necessitatem optime nouit, atque non
14. illi succurrit; v. c. Maritus denegat filiabus vestimenta, ita vt nec in publicum prodire, nec sacra adire possint; tunc si mater pro filiabus quaedam auferat, in conscientia eam securam esse existimo, neque hoc ipso peccat
15. contra obedientiam mariti debitam. Vel si ipsa vxor aegra & inualida, aut alias ad recreandum corpus interdum ad oenopolium vel cellam vinariam surreptam pecuniam mittat, extra reatum erit: cum & corpori honos sit habendus, vt respiratione aliqua & recreatione valetudini nostrae consulamus, ad quod & iam tum nomine alimentorum obligatus erat. ARNISAEVS *de Connub. cap. 7. sect. 6. n. 23. l. 22. §. 8. ff. Solut. matr. ibique Gothofr. arg. l. 43. ff. de Verbor. Signif.* CORNEVS *Consil. 145. n. 9. vol. 2.*

16. Aut si vxor videat graue damnum familiae ipsique marito periculum imminere, pro salute mariti, & domus suae conseruandae causa vtique quid auferre licebit.
17. Quorsum refero exemplum Abigail *1. Reg. 25. vs. 18. seqq.* quae cum paratum esse malum aduersus maritum totamque domum sentiret, inscio marito & contranitente, Dauidi se obuiam dedit, ducentosque panes & duos vtres vini

vini, & quinque ſata granorum frumenti; ex ſpicis igne toſtis collectis, & centum ligaturas vuae paſſae, & ducentas maſſas caricarum ei puerisque ipſius attulit, hoc modo callide ſatis atque prudenter animam ſuam & ma- 18.
riti ſaluauit. Alii caſus vbi vxori permiſſum clam marito quicquam ſubtrahere, videri poſſunt ap. FAGVNDEZ. *cit. loc.* 19.
Omnia hucusque dicta autem intelligo, modo vxor prius modeſte marito neceſſitatem & indigentiam rei familiaris demonſtrauerit, & maritus ſine iuſta cauſa ac ratione disſenſerit; ipſa vxor vero in erogando modum non excedat.

E contrario vxor peccatum mortale committit, ſi 20.
pecuniam & quantitatem notabilem marito ex iuſta ratione inuito auferat & ſuum quid priuatim faciat. MOLI. *de Iuſt. diſp. 274. tom. 2.* LESSIVS *lib. 2. cap. 12. de Iniur. fortun. dub. 14. num. 8.* HILLIG. *lib. 13. cap. 21. lit. H.* vt ſcil. eam 21.
chartis luſoriis perdat, vel nimis pretioſa veſtimenta emat, cum ita loculos viri exhauriat; & ſaepe abſente marito extra domum ad pulchritudinem ſe comat ac ornet, qualis foemina haud iniuſte ex ſententia Euripidis in album improbarum referenda. Nihil enim eam cogere foris ornatam prae ſe ferre faciem, niſi quid illiciti ac mali quaerat. Aut ſi temulentiae dedita, omnino maritus recte ac ordine facit, ſi ei media illa auferat atque occaſionem peccandi demat. Alias vero, ſi coniuges ſibi in- 22.
uicem quid ſurripiant, vel res proprias, vel dotales, conſtante matrimonio, tam vindicatio quam condictio iuris gentium, ſeu actio in factum competit, & vtra volunt vti poſſunt. *l. 24. & 25. ff. Act. Rer. Am. l. 2. C. eod.* MEYER *Colleg. Arg. h. t.* Aut ſi maritus cum de vita vxoris aegrae de- 23.
ſperaſſet, ſubreptis quibusdam rebus diuertiſſet, tunc ſi reconualuerit vxor, vtilis rerum amotarum actio ei non deneganda. *l. 21. pr. ff. d. t.* Actionem enim furti, vtpote 24.
tam turpem atque atrocem, iura in tales perſonas, adeo ſibi coniunctas, ob honorem matrimonii, concedere erubeſcunt. *l. 2. ff. A. R. A. l. vlt. C. de Furt.* PETR. GREG. THOLOS. *lib. 37. Syntagm. iur. vniu. cap. 11. n. 1.* DAMHAVDER

in Pr. Crim. cap. 110. n. 41. & seq. licet non abnuam furtum reuera inter coniuges fieri posse, sed tantum dicendum furti actionem hic non obtinere locum. GIESEBERTVS *in Harm. Deut. cap. 5. v. 19. n. 504.* MATTH. STEPHAN. *ad Const. Crim. art. 165.*

25. Verum enim vero longe alia videtur esse ratio inter personas illustres atque publicas, cum Reginae, vxores illustres, ducissae vel comitissae in bona regum & maritorum suorum praedictam communionem habere haud intelligantur: quo casu earum causa atque conditio durior esse videtur quam priuatarum vxorum: Ea-
26. propter parum commodi sperare poterunt post maritorum mortem, nec quidquam ad illas deuoluitur, sed dotalitio contentae viuere tenentur. De qua materia ex professo agit MYLERVS ab Ehrenbach *in Gamologia Pers. Imper. Illustr. cap. 7. §. 28. & seqq.* nisi reges vel principes quaedam in amoris tesseram vxoribus illustribus donent, quod vtique facere poterunt. MYLER. *dict. loc.* modo non sint bona immobilia, regno incorporata, quae iis a rege donata fuere. Vid. CHOPPIN. *tr. de Doman. Franciae lib. 3. tit. 1. n. 6.*

28. Quod attinet ius retentionis & persecutionis vxori quoad bona mariti competens, ne methodi leges turbemus, capite sequenti exponendum illud erit. Hoc vero capite, quomodo vxor ius in bonis mariti acquirat, & ob quam causam, tractandum erit. Et generaliter praemitto: Acquirere vxorem ius in bona mariti ex ipsa legis dispositione.

29. Ius vero LEGE acquisitum vxori, (propter communem illum vsum rerum maritalium, quam non ciuilis sed prima matrimonii Lex naturalis induxit) semper praeexistentem aliquam causam habet, oriundam ex transla-
30. tione bonorum vxoris in maritum. Adeoque eo intuitu se primo sistit acquisitio iuris in bona maritalia ob illatam dotem: eapropter enim amplissime vxoribus consultum voluerunt iura, ROLAND. a VALLE *consil. 9. n. 6. vol. 1.*

REN-

RENNEMANN. *disp. 6. th. 24. lit. C. membr. 2.* propter obsequia quae maritis praestantur, partus periculum, ipsamque liberorum procreationem. *l. fin. C. qu. pot. in pign.* per quam humana societas consistit atque conseruatur. FOPPIVS ab AZEMA *Dissert. Iur. Ciu. lib. 1. cap. 18. Nou. 140. pr.*

De omnibus vero priuilegiis & fauoribus iuris huc 31.
spectantibus ex doctorum tractatibus prolixis multa hic adscribere instituti ratio prohibet: saltim adducenda sunt praecipua ac principaliora. Habet igitur vxor ius tacitae 32.
hypothecae in omnibus mariti bonis ratione restituendae dotis *l. vn. §. C. de R. V. A. §. 29. Inst. Action. cap. 5. X. de Pignor.* WESENB. *tit. ff. de Iure Dot. n. 6.* BALD. NOV. *de Dote p. 6. priuil. 7.* NEGVZANT. *de Pignor. p. 2 membr. 4. num. 24. seqq.* HOTTOM. *de Pign. tit. 2.* PETR. GREGOR. THOLOS. *Syntagm. iur. lib. 9. cap. 24. n. 2.* MYNSING. *Cent. 3. obs. 3. n. 2. Id. Resp. 43. n. 24.* RVDING. *lib. 3. obs. 67.* ALZEVEDO *in l. 2. Recopil. n. 27. lib. 5. tit. 2.* BRVNN. *ad leg. vn. §. 1. n. 15. C. de R. V. A.*
statim a die contracti matrimonii. *l. 1. ff. Qui pot. in pign.* 33.
GAIL. *2. obs. 86. n. 3.* ANGEL. CELSVS *decis. Rot. Rom. 41. n. 6. & seqq.* & hodie benedictionis sacerdotalis. BERLICH. *p. 2. concl. 30. num. 7. & 10.* SCHVLTZ. *ad Inst. tit. de Action. lit. V.* CARPZOV. *p. 2. constit. 24. def. 1. vbi ita respondent Lips. Scabin. die Sept. 1630.* siue ante matrimonium, siue postmodum illata fuerit CARPZ. *d. l. n. 8.* Statuta tribuentia hypothecam demum a tempore numeratae dotis. Vid. apud GIESEBERT. *in Pericul. Stat. harm. pract. l. 2. art. 42. n. 151.* a tempore promissionis. *ibid. n. 153. 154. seq.*

Et non solum pro dote ipsa, sed & augmento eius, 34.
cum iure dotis censeatur, eique aequiparetur. *l. 26. §. 2. ff. de Pact. Dot.* Nou. *97. cap. 2. l. 8. C. de Iur. Dot. ibique* BRVNNEM. BRVNVS *de Augmento concl. 5. in pr.* sequitur enim hoc augmentum tanquam accessorium naturam dotis. AVTH. *Quo iure. C. qui pot. in pign.* Nou. *97. cap. 3.* Huic augmento priuilegium praelationis denegantes. Vid. ap. GIESEBERT. *d. l. art. 34. num. 403.* ac creditoribus postponentes. *n. 404.* aliique priuilegium personale ei tribuentes.

 n. 406.

35. *n. 406.* Conſ. *n. 407. vsque ad n. 412.* Ex conſuetudine Po-
meraniae certum eſt dotis lucrum ſeu augmentum, quod
vocant die Verbeſſerung, quando maritus doti datae dimi-
36. diam eius partem addit, eamque auget, in claſſe priui-
legiatorum creditorum locum inuenire, cumque ipſa do-
te eodem priuilegio gaudere. MEV. *p. 2. deciſ. 218. n. 5.*
Modo de dote conſtituta conſtet, FABER. *in C. lib. 5. tit. 1.
def. 7.* MEV. *p. 5. deciſ. 62.* nec factum ſit in fraudem credi-
torum: quod in mobilibus praeſumitur, non in immobi-
libus, manifeſtam quippe ſubſtantiam repraeſentantibus.
37. Excepto caſu, ſi maritus aere alieno augmenti tempore
erat grauatus. *d. Nou. 97. cap. 2.* RITTERSHVS. *ad Nou. p. 5.
cap. 2. n. 2.* Vbi tamen merito obſeruandum, longe aliud
eſſe augmentum dotis Pomeranicum, die Verbeſſerung,
ab augmento dotis, vti de iure communi capitur: Hic
enim illud augmentum dotis appellatur, quod vxor con-
ſtante matrimonio vltra dotem primitus promiſſam in-
fert; quod ſine dubio eodem iure gaudet cum dote. *l. 19.
C. de Donat. ant. nupt.* Verum in Pomerania augmentum
dotis eſt, quod quantitati illatae dotis additur a marito,
& regulariter eſt dimidia pars conſtitutae dotis, vt ita,
quae 4000. intulit 2000. augmenti loco a marito capiat,
& ita aliquando 6000. repetat. Atque hoc augmentum
cum merum lucrum contineat, ex ratione iuris commu-
nis eodem iure cum dote gaudere nequit, ſed tantum ex
moribus Pomeraniae hoc habet. Vid. *Annot.* PRAESES *ad
Brunnem. tr. de Concurſ. Cred. cap. 5. §. 34. ad verb. Dos & Do-*
40. *talit.* Caeterum ius hypothecae, quod ratione dotis in
bonis mariti habet vxor, coniunctum inſuper eſt, cum
iure praelationis. Die Eheweiber haben zurecht wegen ihres
eingebrachten Ehegeldes oder Heyrathgutes nicht allein eine still-
ſchweigende Verpfändung in ihrer Ehemänner Güter, ſondern
auch darneben ex perſonali priuilegio ein ius praelationis,
retentionis, welches der Weiber Recht genennet wird *in Con-
ſtit. Elect. Saxon.* der Proceß- oder Gerichts-Ordnung *tit. 43. D.*
41. TABOR *de Obſtag. c. 8. §. 12.* vt vxor omnibus mariti creditori-
bus

bus, tam chirographariis quam hypothecariis, etiam expressam hypothecam anteriorem habentibus, praeferatur. *d. l. fin. C. Qui pot. in Pign.* (Ex qua lege eapropter nonnulli probant Iustinianum fuisse vxorium seu foemineum.) *l. fin. C. de Iure Dot.* BRVNNEM. *Exercit. 28. ad §. 29. Inst. de Action. n. 7.* OSW. HILLIGER. *in Donell. Enucl. lib. 14. cap. 7. lit. G.* MEYER. *Colleg. Arg. lib. ff. 25. tit. 2. th. 17.* GIESEBERT. *in Peric. Stat. Harm. Pr. lib. 2. art. 34. num. 366.* Ob generalitatem textus *d. l. assiduis fin. C. Qui pot. in Pign.* Quae 42.
sententia in electoratu Brand. recepta. PRÜCKM. *vol. 1. consil. 47. n. 119.* Plures pro hac sententia refert PET. BARBOS. *ad p. 6. legis primae n. 5. ff. Sol. matr.* Quod in regia audientia & cancellaria Valentina ita seruari testatur. CRESP. de VALDAVRA *tom. 1. obs. 39. n. 19.* Quamuis do- 43.
ctores communiter ad hypothecam tacitam illud restringant. IASON. ZAS. GOMETZ. *ad §. 29. Inst. de Action.* NEGVZANT. *de Pign. p. 5. membr. 2. n. 23.* COVARR. *1. Rs. 7. n. 1.* SCHEPLITZ *Cons. Br. p. 2. tit. 2. qst. 1. n. 2. seqq.* POMER. STETTIN. *Decis. de Anno 1619. de date 7. art. 22.* secundum quod iudicatum fuisse refert. SCHNEIDEW. *ad d. §. 29. Inst. de Act.* FABER. *in Cod. tit. Qui pot. in Pign. df. 16.* CHRISTIN. *vol. 4. Decis. 159. n. 8.* GAII. *2. obs. 25. n. 10.* CARPZ. *Iur. pr. for. 1. const. 28. def. 64. seqq. & 127.* GRAEVII *Concluf. Pract. Cam. Imper. lib. 2. concluf. 25. n. 1.* Certe in foro Saxon. haec 44.
restrictio expresse recepta legitur *in Constit. 28. verb.* Allen andern Gläubigern. *Iuncta Ordin. Process. tit. 43. in pr. verb.* Aber gleichwohl denen. Add. BERLICH. *1. con. 65. n. 4.* SCHVLTZ. *ad Inst. tit. de Action. lit. u.* Idem in Pomerania constitutum, 45.
iuxta *conclusa Pomeranica tit. 9. Wolgast.* L. Ord. *de Anno 1637. de Proc. 4. art.* Dasern. *4. n. 5.* Contrarium tamen habet MEV. *p. 3. decis. 13.* Et quamuis hoc priuilegium liberis ma- 46.
ternam dotem petentibus competat CARPZ. *p. 1. const. 28. df. 96.* siue mater ante maritum moriatur, siue ipsi superstes fuerit. CARPZOV. *d. l. def. 97.* non tam iure haereditario, quam filiationis. MEV. *ad Ius Lub. p. 3. tit. 1. art. 9. n. 7.* extraneis tamen heredibus non datur. *l. vn. C. de Priuil. Dot.*

§. 29.

§. *29. Inst. de Action.* IASON. *in l. 1. ff. Sol. matr. n. 17. & seqq.* IAC.
47. CVIAC. *in Parat. C. de Priu. dot.* Cum sit personalissimum; nam quod personale est, personam non egreditur. *l. 68. l. 196. ff. de Reg. Iur.* CARPZOV. *P. 1. const. 28. def. 95.* & quae contra tenorem iuris sunt recepta, non debent produci ad consequentias *l. 14. ff. de Legib. l. 141. ff. de Reg. Iur.* Licet tacita hypotheca ipsis competat. CARPZOV. *d. Const. 28.*
48. *def. 99.* BRVNNEM. *in tr. de Concursu Cred. cap. 5. §. 35.* Recte tamen liberis, ex illa vxore natis. *l. 12. §. 1. vers. exceptis. C. C. Qui pot. in Pign.* CARPZOV. *d. l. def. 96.* Non vero liberi, quos vxor ex secundis nuptiis suscepit, ex bonis prioris matrimonii hac praerogatiua petunt dotem maternam. IASON. *ad l. 33. ff. de Re iudic. n. 8.* SCHNEIDEW. *ad. d. §. 29. Inst. de Action. n. 69.*

49. Inde porro infertur, priuilegium hoc cedi non posse; quia cessibilia haud sunt, quae non sunt transmissibilia. *l. 42. ff. de Adm. & peric. tut.* TIRAQVELL. *de Retr. §. 26. n. 48. seqq.* FR. MARCI *decis. Parlam. Delphin. tom. 1. qst. 404.*
50. *n. 13.* ALPHONS. de OLEA *de Cession. tit. 6. quaest. 2. n. 24.* Ita vt nec causa cessionis necessaria vel onerosa sit exprimenda, quod faciunt. AFFLICT. *decis. 306. n. 6.* MARTA *in Repetit. l. 1. ff. Sol. matr. n. 36.* id tamen fundamento destituitur & precario nititur postulato, dictaque *l. 42. ff. de Admin. tut.* repugnat, prouti recte notat BERLICH. *p. 1.*
51. *concl. 65. n. 95. & 96. & n. 105.* Caueas tamen ne circa transmissionem & cessionem priuilegium praelationis cum iure hypothecae confundas. Hoc enim tanquam qualitatem pedissequam actionis personalis transferri posse, expediti iuris est. BARBOSA *tert. part. l. 1. Sol. matr. n. 30. vers. praeterea n. 170.* CARPZOV. *p. 1. constit. 28. def. 99.* MEV. *ad Ius Lub. d. loc. n. 16.*

52. Videbimus iam de donatione propter nuptias, quae ob dotem datam constituitur. KLOCK. *tom. 2. consil. 70. n. 24. & seqq.* Et vtut ex conuentione oriatur, lex tamen eapropter ius aliquod vxori in bonis mariti constituit. Ef-
53. ferri autem solet variis nominibus; Germanis dicitur

Gegen-

Gegenvermachung, Gegengabe, Wiederlag, Wiederlegung, Wiederkehrung. CARPZOV. *Iurispr. for. 2. const. 42. def. 1. n. 3.* MEV. *ad Ius Lub. lib. 1. tit. 6. pr. n. 19.* Latinis vero, compensatio dotis, remedium nuptiale, dotalitium vel dotarium, dotis amussis, examen, antifactum, antipherna seu contrados, quia fit a marito in remunerationem & securitatem dotis. *l. fin. C. de Donat. propt. nupt.* CARPZ. *d. l. & 3. constit. 34. def. 1.* MEV. *ibid. n. 17.* Ius vxoris ratione huius donationis competens quod attinet; licet verum sit; quod de dote dicitur, etiam in donatione propter nuptias locum habere. PETR. BARBOSA *in l. Si constante pr. ff. Solut. matr. n. 7.* GAIL. *lib. 2. obs. 83. n. 2.* IOH. FR. BALTHAS. *l. 1. resol. 8. n. 71.* eandem subesse obligationem quae in dote, atque vtramque a pari procedere. CVIAC. *5. obs. 4.* ZOES. *tit. ff. de Sol. matr. num. 6.* OLDENDORP. *Class. Act. 4. act. 26. pract. 4.* (In quibus vero cum dote conueniat vel non, illud cognoscere auidus adeat. GOMETZ. *in l. Tauri 50. & 3. seqq. n. 10. & 11.*) Priuilegia tamen dotis non habet. Dissentit IASON *in d. §. 29. propter legem 19. de Iure Dot.* Neque conueniunt doctores, aliis hypothecam, quibusdam dominium vxori tribuentibus. 54.

Pro hypotheca facit, quod ea sit concessa a lege per expressam constitutionem. *in l. 29. C. de Iure Dot.* cui dominium cohaerere non potest, quippe quod in re propria & sua non consistit. *l. 45. ff. de Reg. Iur.* HIERON. CAGNOL. *in tit. ff. de Reg. Iur. hac Lege 45.* Dein, quod rei donatae fructus non vxori, sed marito acquirantur. *arg. l. ff. de Iure Dot.* BACHOV. *ad Treutler. vol. 2. disp. 19. th. 8. lit. B.* MALCOMES. *ad Wesenb. de R. N. n. 6. verb. dominium in donatione.* VINNIVS *ad §. 3. Inst. de Donat. n. 4.* LAVTERB. *de Donat. propter nupt. th. 55.* Facit postremo pro hypotheca *l. 2. C. de Bon. quae lib. Cap. ex literis X. de Pign. ibique Panormitan.* FAGVNDEZ. *d. cap. 4. n. 12.* CARPZ. *p. 1. const. 28. def. 19. n. fin. & p. 2. const. 24. def. 6.* RICHTER *decis. 6. lim. 3. pag. 172.* Et quamuis *in l. Assiduis §. 2. C. qui pot. in pign.* expresse denegari videatur hypotheca ex ea ratione, quia Imperator 55. 56. 57. 58.

D pro

pro lucro non fauet mulieribus: contrarium tamen probatur ex *d. §. 2. verb. habere inter creditores sui temporis ordinem. h. e.* hypothecis prioribus tempore postponitur, aliis vero praeponitur. Ex quo constat quod non gaudeat praelationis priuilegio, STRVV. *Exerc. 26. th. 14.* RICHTER *ad Aut. quod locum C. de collation. n. 12.*

59. Pro dominio vero pugnat non solum *§. 3. Inst. de Donat.* vbi haec donatio inter modos acquirendi dominium refertur, sed & quod vxori vindicatio detur. *d. l. 29. C. de Iure Dot. & Auth. Donationem eod.* eamque maritus alienare

60. non possit. *Auth. Si a me C. ad SCtum Vellei.* Et posteriorem sententiam vtpote Iuri Ciuili magis conuenientem nos comprobamus cum SCHNEIDEWIN. *ad § 3. Inst. d. tit. n. 5.* RITTERSHVS. *ad Nou. p. 5. cap. 1. n. 10.* WESENBEC. *ad ff. de Iur. dot. n. 11.* ibique HAHN. *verb. at donatio propter nuptias tantum iuris fictione.* qui dissentientium argumentis erudite

61. satisfecit. In foro Saxonico vxori ratione huius donationis non aliter hypotheca competit, quam si de ea sibi expresse prospexerit. *Ordin. proc. tit. 43. §.* So wollen wir. *verb.* Die sonst keine Verpfändung haben. sed ratione huius donationis in processu Cridae ad Chirographarios refertur. CARPZOV. *p. 1. const. 28. def. 91. & decis. 168. n. 16.* ne vxoribus debitorum lucrum quaerentibus, de damno vitando certantes, postponantur. WESENBEC. *p. 1. cons. 50. n. 27.* REINH. ROSA ad MÖLLER. *in Const. Elect. 28. p. 1. n. 6.* quia donatio propter nuptias merum continet lucrum, dum dotis petitio hoc modo non absorbetur.

62. Secus ac in dotalitio, Leibgeding, Leibzucht, Widdumb. quod verbum a viduitate descendit. MODESTIN. PISTOR. *Consil. 22. & seqq. vol. 1.* BESOLD. *in Th. Pr. sub voce* Widdum, Sitz. COTHMANN. *Consil. 50. n. 61.* dotalia vel dotaria, Gallice Dovaires. vid. REBVFF. *de Sentent. prouis. gl. 3. f. 78.* MYLERVS *in Gamologia Person. Imper. Illustr. cap. 10.* MEYER. *in Colleg. Arg. tit. de Iure dot. th. 41. pag. 67.* Dicitur & pignus dotis. HENN. GAEDEN. *Consil. de Dote 6. n. 7.* NEVENHAHN. *de Iure Viduitatis membr. 2. sect. 6. lit. F.* In-

valuit autem dotalitium vſu tantum inter Principes vel 63.
imperii illuſtres ciues, vt maritus illuſtris, hodie quisquis priuatus, ipſo die nuptiarum vxori nouiter ductae; propter dotem illatam, in caſu ſi ei ſuperſtes maritus foret, certa bona, pagos vel aliam territorii partem aſſignaret, loco dotalitii, quo illa ex earum reditibus alimenta dignitati eius conuenientia percipiat, iisque vtatur, fruatur, quam diu haec in viuis eſſet. CARPZ. *p. 1. conſt. 28. def. 93. n. 2.* HARTM. PISTOR. *quaeſt. iur. lib. 1. quaeſt. 4. n. 8. 21. & 22.* NICOL. EVERHARD. *Conſ. 49. n. 19. & ſeqq. vol. 1.* MYLER. ab Ehrenbach *d. l. §. 6.* In his ergo vxoribus non 64.
tantum tacita hypotheca perinde vti in dote ipſo iure acquiritur. NEGVZANT. *de Pign. p. 2. membr. 4. n. 47.* SPRENGER. *tr. de dotal. tit. 2. n. 157.* RAVCHBAR. *p. 1. qu. 30. n. 17.* BESOLD. *in Th. Pract. cit. loc.* MYLERVS *d. cap. 10. §. 8.* ſed inſuper ipſi pariter vt in dote, competit ius praelationis: neque enim hic vti in donatione propter nuptias certat 65.
vxor, de lucro; ſed agit potius de damno auertendo; quia dotalitium in compenſationem dotis conſtituitur, ac ita dos abſorbetur feudoque incorporatur. Es ſchwindet das Haupt-Gut. COTHMANN. *Vol. 4. reſp. 48. n. 54.* HARTM. PIST. *d. l. n. 20.* RAVCHBAR. *d. l. n. 22.* conf. MEV. *ad Ius Lub. p. 2. tit. 2. art. 12. n. 363.* BOCER. *in Tr. de Donat. cap. 11.* Merito ergo in locum & priuilegium dotis tranſit eiusque praelationis priuilegio fruitur. vid. MEV. *p. 1. deciſ. 173. De Iure dotal. in Pomerania.* WESENBEC. *conſil. 207. imprimis* B. BRVNNEM. *de Concurſu credit. cap. 5. §. 33.* ibique PRAESES *in Praelect. publ.* Modo legitimus modus fuerit obſeruatus 66.
CARPZ. *p. 1. conſt. 28. def. 93. n. 10. ſeqq. & lib 4. reſp. 26. per tot.* vtque dos reuera numerata & in feudum verſa. Cf. COTHMANN. *VI. Reſp. 48. n. 135. & 156.*

Sequitur Morgengaba ſeu Munus illud matutinale, 67.
quod ſponſus ſponſae altero die nuptiarum in praemium ereptae ac debitae virginitatis offert. LAVTERB. *in Comp. iur. tit. de Iure dot. pag. m. 720.* CARPZ. *p. 3. c. 33. def. 20.* ſeu vt Gloſſ. Weichbild. *art. 22. deſcrib.* Morgengabe iſt eine

solche Gabe, die ein jeglich Mann von Ritters Art seinen Weibe gibt des Morgens, als wenn er mit ihr zu Tische gehet. Oder, was der Bräutigamb nach beschlagener Decken der Braut, am Geld, Ketten oder Kleinodien giebet. BESOLD. *in Th. Pr. lit. M. verb.* Morgengab. Add. BOCER. *de Donat. cap. 9.* MYLER. ab Ehrenbach *d. l. cap. 15.* CAROL. MOLINA *Consil. 52. n. 34.* Quam donationem Morgengabicam iure ciuili haud penitus incognitam fuisse videre licet apud MYLER. *c. l. §. 11. adde l. Si quis pro vxore 21. vers. non enim donat. ff. de Donat. int. Vir. & Vxor.* Hodie inter coniuges illustres recepta: haec licet iuris non sit, vt modo dictum, sed facti. vid. PRAESES *in Tr. de Caut. contract. sect. 3. cap. 8. §. 42.*
68. Idem tamen ius vxori competit; quia est de appendicibus dotis, hinc eiusdem induit naturam; sed ius praela-
69. tionis negat BERLICH *p. 1 concl. 55. n. 88.* Aliud genus donationis Morgengabicae in Saxonia vsitatum recenset MYLER. *d. l. §. 14.*

Eadem hypotheca tacita paraphernalium intuitu datur. *l. fin. C. de Pact. Conuent. l. fin. C. de Iure Dot.* COVARR. *lib. 1. resp. cap. 7. n. 7.* MYNSING. *cent. 5. obs. 4. n. 2.* GAIL. *2. obs. 92. n. 40.* RAVCHBAR. *p. 1. qu. 34. n. 43. seqq.* BERLICH. *p. 1. concl. 67. n. 4.* ZORER. *part. 1. qu. 3. n. 256. & n. 380. conf. n. 309. & 259. seqq.* Verum, sine praerogatiua & praelationis priuilegio. BRVNNEM. *in l. Assiduis vlt. C. qui pot. in pign. n. 20. & 31.* ibique allegati Aut. EBERHARD FABRICIVS
70. *in Gailio Enucl. lib. 2. obs. 92.* Nudam ergo hypothecam nihilominus retinet, (nisi forsitan adhuc tales res extent, quo casu ob vxore vindicari poterunt, CARPZOV. *d. l. def. 8.*) a tempore commissionis & illationis computanda. CARPZ. *p. 1. const. 28. def. 87. seqq. & p. 2. const. 24. def. 3.* non enim a die nuptiarum haec hypotheca incipit. *l. fin. C. de*
71. *Pact. conuent.* Variorum iura ratione horum paraphernalium videri possunt apud GIFSEBERT. *in Peric. Statut. 2. art. 34. n. 392. & sub seqq.* quae nosse omnino interest, si cum extraneo lis nobis intercedat, iureque retorsionis
72. vti velimus. Sed vero paraphernalium illatio probari debet.

debet. GIESEBERT. *cit. loc. n.389.* MEYER. *Colleg. Argent. tit. de Iur. Dot.* Cum vero bona in dubio praesumantur potius paraphernalia, quam dotalia, dotisque constitutio sit facti. CARPZ. *p. 2. constit. 16. def. 11.* WISSENBACH. *tb. 16. tit. ff. de Iure Dot.* cautela haec multum conducibilis pro vxore esse poterit in quietantiis vt exprimatur. daß sie dieses alles als Ehegeld eingebracht; alias vix poterit gaudere praelatione. Conf. PRAESES *Tr. de Caut. contr. sect. 3. cap. 8. §. 6. & seq.* Sunt vero bona paraphernalia, quae vxor praeter dotem seu extra dotem marito affert. MEYER *in Colleg. Arg. d. l. tb. 26.* MYLER. *d. l. cap. 10. §. 7.* Ex quo est quod appellitentur bona extradotalia. PETR. FONTANELLA *de Pact. dotal. clauf. 6. gl. 2. part. 7. n. seq.* Caeterum Iure Magdeburgensi, quod & in districtu Cotbusiensi obseruatur, inter dotalia & paraphernalia non distingui, sed eundem locum in concursu vtrisque assignari pro vero refert. MARTIN. *ad Process. Saxon. tit. 43. §. 2. n. 7.* Idem decisum *in Conclus. Pomer. decis. de Anno 1619. tit. 7. art. 22. & tit. 9. art. 3.* 73. 74. 75.

Non raro & paraphernalia degenerant in receptitia, si nempe vxor paraphernalia marito administranda non commiserit, sed ea liberae ac plenariae dispositioni suae reseruauerit, PRAES. *d. l. § 8.* Iam vero in receptitiis bonis, quae haec sunt, quorum possessionem & dominium sibi vxor retinuit, das Gutt das sie ihr ausgesetzet und vorbehalten. GIESEBERT. *in Peric. Stat. 2. art. 34. n. 380.* aliud omnino obtinet; Haec enim cum vxor sibi seruet, nihil eapropter in bonis mariti praetendere potest; nisi vbi administrationem receptitiorum marito non commissam, nihilominus ipse suscepit: vbi propter administrationem receptitiorum vxoris debitor factus; quo casu ex hac ipsa administratione vxori nascitur tacita hypotheca. *arg. l. pro officio 20. C. de Adm. Tut.* Conf. BRUNNEM. *ad l. 1. C. de eo qui pro tut. eiusdem praelect. publ. de concursu credit. & ibi* PRAESES *cap. 5. §. 33.* 76. 77.

Alimenta quod attinet, haec cum dote pari iure censentur. MEVIUS *Tom. 3. decis. 367. num. 2. conf. l. vn. C. de R. V.* 78.

R. V. A. quae indotatis etiam. COCH. *Prax. Fori Germ. p. 2. tit. Alimenta pag. 147.* MEV. *Decis. Wismar. VI. 37. perque* Autores a CACHERANO *alleg. Decis. Pedemont. 132. n. 8.* cum ipsa foemina loco dotis sit. MEV. *ad Ius Lubec. p. 431. n. 350. & seqq.* vxoribus debentur *l. 29. v. sed fructibus eorum ad Sustentat. C. de Iure dot. l. 12. verb. non de dote mulieris, quam ad suos victus, suasque alimonias. C. qui pot. in pign.* Conf. ANT. GABRIEL. *lib. 6. Commun. concl. tit. de Alimentis concl. 2. & 3.*
79. CAMPEG. *de Dote p. 2. quaest. 63.* Non ob eam caussam tantum, quod alendi onus videatur incumbere marito, quod dotis fructus percipit. *Castrensis Consil. 465. n. 3. vol. 1.* Sed insuper a iure naturali ius hoc alendi deriuatur & pro-
80. manat. SVRDVS *de Aliment. tit. 7. quaest. 9. n. 2.* Atque propter obsequia, cohabitationem cooperationemque ad alimenta & beneficia maritus obligatur. KLOCK. *tom. 1. consil. 70. n. 89.* GVGLIELMVS DVNOZETVS *Decis. Rot. Rom. 152. n. 9.* Debentur ergo vxori alimenta, donec de Dote aliisque illatis ei satisfactum. MEV. *p. 7. Dec. 138. n. 1.* non tantum pro modo eorum, quae vxor ad maritum attulit, sed pro statu & dignitate mariti, definienda. *ib. n. 5.*
81. *6. de quo in seq. cap. plenius.* Vt proinde, hypothecam tacitam ei competere, penes me nullum resideat dubium. SVRDVS *tr. de Aliment. tit. 1. quaest. 43. n. 16.* COLERVS *de Aliment. lib. 1. cap. 10. n. 48. seqq.* MYNSING. *cent. 1. obs. 64.* vbi in camera imperiali ita pronunciatum fuisse refert. HILLIG. *in Donell. lib. 12. cap. 4. lit. Q.* Add. GIESEBERTVS *in Deuter. Harmon. cap. 24. n. 281. seqq.* LAVTERB. *in Compend. iur. de Agnosc. & alend. lib. pag. m. 733. in fin.*

82. In sponsalitia largitate seu donatione illa ante nuptias, quae inter personas desponsatas fieri solet, ob caussam mutui amoris, sub conditione futurarum nuptiarum, seu in symbolum, tesseram & probationem sponsaliorum contractorum ab vtroque nouorum coniugum dantur. oder, was der Bräutigam seiner Braut, dieweil sie in den Braut-Stand ist, verehret, vid. MYLER ab Ehrenbach *in Gamolog. cap. 10. §. 8.* hypothecam acquiri debere, nullibi extat proditum.

ditum. Add. CARPZ. *p. 1. const. 28. def. 94.* Quod autem lege non cauetur in practica non habetur. EVERHARD. *in loco a lege cessante pag. m. 542.* HARTM. PISTOR. *2. qu. 1. n. 100. & qu. 13. n. 35.* nec absque lege quidquam asseuerandum. *Nou. 18. cap. 11. & cap. 15. qui in Eccles. 18. in fin. pr. X. de Sentent. Excommun. in 6to.* 83.

Reliquum est vt de dono nuptiali dispiciamus. Quod vocant die Braut-Taffelgab, oder das Braut-Taffel-Geld. FRIISCH. *in Supplement. Speidel. pag. 23.* vulgo Hochzeit-Geschenck oder Präsent. Latinis dicitur; munus nuptiale, nuptalicium *l. 194. ff. de Verb. Sign. l. 1. §. Sed si munus 5. ff. de Tut. & rat. distrah.* Xenia nuptialia. BESOLD. *in Thes. Pr. voce Hochzeit-Geschenck.* Quod est donatio quaedam ac liberalitas quae a cognatis caeterisque inuitatis conuiuis proficiscitur, nouisque sponsis coniunctim, tempore nuptiarum, cum voto omnigenae felicitatis offertur. vid. *disp. de dono nupt.* PETR. MÜLLERI *cap. 1. §. 10.* Quae vtique inter sponsum & sponsam communia sunt. BESOLDVS *in Th. Pr. d. l.* (Nisi leges vel statuta vel ipsi coniuges v. g. in pactis dotalibus aliter disposuerint. LAVTERB. *disp. de Societate bonorum coniugali*) de iure communi. CARPZ. *p. 3. const. 22. def. 1.* & ita absque omni dubio dimidia pars donorum nuptialium sponso; altera vero pars dimidia sponsae propria manet. arg. *l. vlt. C. de Pact. Conuent. l. 9. §. 3. de Iure dot.* Quod & verum est in foro Saxon. iuxta *Const. Saxon. p. 3. c. 22. def. 2.* Add. RICHTER. *Vol. 2. Consil. 323. n. 1.* CARPZ. *Defin. Consist. l. 2. t. 11. d. 199. n. 12. Conf. alleg. disp.* MÜLLERI *cap. 2. §. 12. seqq. vbi dissentientium argumentis erudite respondit.* Quia ergo iure ciuili dimidia pars huius muneris sponsae hac ratione acquisitae, ad bona paraphernalia referenda videtur; quippe quod non ea intentione a conuiuis traditur, vt doti incorporetur; iam vero bona quis vna cum coniuge accipit, non dotalia, sed paraphernalia potius intelliguntur, illiusque constitutio facti, hincque non praesumitur, sed probanda, eodem videtur priuilegio gaudere atque paraphernalia. Verum
enim

Margin numbers: 84. (at "Reliquum est"), 85. (at "voce Hochzeit"), 86. (at "Quae vti-"), 87. (at "de Iure dot."), 88. (at "dite respondit"), 89. (at "videtur priuilegio").

enim vero vsu fori hodierni & Saxon. praeprimis ac sententia nonnullorum doctorum, ratione effectus, imprimis praelationis, annumerantur haec donata ipsi doti CARPZ. *p. 1. conſt. 28. def. 88.* HENR. BALTH. ROTH. *de iure paraphernorum cap. 4. vbi refert de hoc praeiudicium Academiae Salanae.* Aut ſi vxor ea loco dotis expreſſe tradat, als
90. Heyraths-Gut, vid. CARPZ. *p. 1. conſt. 28. def. 87.* Nuda autem traditio huius muneris ab vxore ſi tantum facta, vix pro coniectura aliqua capi poterit, ac ſi in dotem illud ipſum dederit. Videndum igitur quibus bonis tales res aſſignatae, vel per expreſſam ac ſpecialem nouorum coniugum conuentionem ſeu per pacta dotalia, vel ſtatuta ſeu leges municipales, tunc vel dotis vel paraphernalium iuribus fruuntur. vid *Conſt. Elect. Sax. 22. p. 2. ibi in fin.* Da aber in den Eheſtifftungen, Statuten oder Gewohnheiten hievon gewiſſe Verordnungen wären, denſelbigen wird zuförderſt billich nachgeſetzt, und darauff ſoll von unſern Gerichten alſo erkant werden. CARPZ. *Part. 3. conſt. 22. def. 10.* Quid de Iure Lubecenſi in hac materia obtineat. vid. MEV. *ad Ius Lub. p. 2. art. 12. n. 61. & ſeqq.*

CAPVT III.

DE
REMEDIIS IVS VXORIVM CONSERVANDI.

SVMMARIA.

DE remediis realibus vxori competentibus. 1. & ſeq.
Abſque autoritate iudicis poſſeſſionem non ſequitur. 3. & ſeqq.
Vxori vel ius agendi vel excipiendi competit. 5. & ſeq.
Exponuntur remedia realia. 7.
De actione hypothecaria. 8. & ſeq.
De Rei Vindicatione. 11. & ſeqq.
Quae & datur mulieri in re empta pecunia dotali. 15. & ſeq.
Item quoad dona nuptialia. 17.
Quae etiam datur ſponſae. 18. ſeqq.
Vxor reſpectu donorum nuptialium habet ius hypothecae. 20.
quid

HAud minor est virtus quam quaerere parta tueri; nec proderit quicquam iurium & priuilegiorum gnarum esse, nisi scias caute & callide eligere remedium vtile, atque competentem pro conseruando iure actionem in iudiciis instituere. Sunt autem vxoribus certa remedia legibus indulta, per quae ius in bonis mariti acquisitum defen- 1. 2.

3. defendere ac tueri poſſunt. Namque bona mariti ab alio poſſeſſa ſine praeuia iudicis authoritate apprehendere eis non permiſſum. *l. 9. C. Sol. matr.* HARTM. PIST. *obſ. 107. n. 2. 14. ſeqq.* GIESEBERTVS *in Peric. Statut. 2. art. 34. n. 185.*
4. *ſeq. & art. 42. n. 71. & ſeqq.* Nihil obſtat, quod dominium rei dotalis ipſo iure ad vxorem redire dicatur ſoluto matrimonio; cum poſſeſſio, quae facti eſt, non transferatur. *l. cum heredes 23. de acquir. poſſ.* Confer. BACHOV. *in Not. ad Weſenbec. tit. Sol. matr. n. 2.*

5. Antequam vero remedia ordine exponam, diſtinguendum putamus, an vxor in poſſeſſione bonorum mariti ſit conſtituta; an alius poſſideat: poſteriori caſu ius agendi ſeu perſequendi, priori vero ius excipiendi ei-
6. dem datur. Et ius agendi quidem pro diuerſitate iuris competentis variat; vti enim illud, vel in iure in re, vel ad rem conſiſtit; ita modo reale, modo perſonale remedium eidem competere expediti iuris eſt. arg. *l. 25. ff. de Obl. & Act. §. 1. Inſt. de Action.* HAHN. *de Iure Rer. cap. 1. aph. 9.* TABOR. *part. Element. 2. aph. 3.* Conf. COCH. *Pr. For. Germ. p. 2. Introduct. in act. Seruian. §. 6. pag. 107.*

7. Ad remedia realia, praeter rei vindicationem, actionem hypothecariam, interdictum Saluianum & remedium *L. fin. C. de Acq. poſſ.* refero. RAVCHBAR *p. 1. quaeſt. 33.*
8. *num. 16. ſeqq.* In actione hypothecaria ſatis pingue remedium eſſe vxori, iam tum ex antea in priori capite allatis
9. haud difficile conſtabit. Quae actio competit vxori, eiusue heredibus. *l. in rebus. 30. §. Volumus itaque C. de Iure Dot.* OLDENDORP. *Claſſ. Act 4. act. 26. ad fin. remed. 3.* aduerſus quoslibet bonorum mariti pro dote obligatorum poſſeſſores, ſeu aduerſus ipſum maritum vergentem ad inopiam conſtante matrimonio *l. 29. C. de Iur. Dot.* vt praeuia iuris hypothecae declaratione ac deductione, poſſeſſionem bonorum mariti, donec de dote, eius augmento vel lucro, paraphernis, receptitiis, dotalitio, donatione propter nuptias, &c. praeſtita ſit ſatisfactio, accipiat. *d. l. 29. C. de Iure Dot. Nou. 97. cap. 6. verſ. Quia enim.*

Auth.

Auth. quod C. de Collation. Quae actio ratione bonorum mariti in genere locum obtinet, atque in omnibus mariti bonis tacitam hypothecam constituit, vt dictum in priori capite. *l. vn. §. 1. C. de R. V. A.* proque restitutione possessionis rerum mariti competit. A qua omnino diuersa est, rei vindicatio vel actio in rem, quae vxori datur de ipsis rebus dotalibus *l. 30. C. de Iur. Dot.* & ad certas res. *d. l. 30.* qua vxor dotem, vel rem dotalem extantem vindicat. Et quidem contra possessores, etiam contra maritum eiusue heredes, vel etiam contra curatorem bonorum: qui & alienata redimere, vel tanti condemnari debet, quanti in litem iuratum. MEVIVS *ad Ius Lubec. lib. 1. tit. 5. art. 8. n. 13.* Namque soluto matrimonio aut marito vergente ad inopiam dos ipso iure ad substantiam vxoris reuertitur. MEIER *Coll. Arg. tit. Sol. matr. th. 7.* Cum illa sit patrimonium vxoris proprium. CAROL. MOLIN. *Consil. 52. num. 24.* GEORG. MVNDIVS a RODACH. *Consil. 19. n. 49. vol. 2.* vtut maritus durante matrimonio dominium ciuile habuerit; vxoris enim dominium naturale in quiete fuit. Vid. ANGELVS CELSVS *Decis. Rot. Rom. 127. n. 11.* Quam actionem quoque mulieri competere in re sua pecunia dotali empta asserit. BRVNNEMAN. *in Concursu Credit. ibique* PRAESES *in Annot.* Quod si haec res vero deterior facta, mulier ad supplementum recte non agit; bene tamen, si per abusum ipsius mariti deteriorata.

10\. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

Eadem actio rei vindicatoria datur vxori circa dona nuptialia vel alia bona vxoris quae adhuc extant, qua repetit suam dimidiam partem horum donorum atque ratione illorum priuilegium praelationis habet. CARPZ. *p. 1. const. 28. def. 88. n. 4. seqq.* vbi praeiudicatum recenset. *Add. ea quae diximus in priori cap. de donis hisce nuptialibus.* Similis sententia vid. ap. BRVNNEM. *Cent. 4. decis. 50.* Quae actio neque sponsae deneganda videtur, si maritus ante conscensionem thalami decesserit e viuis, nihilominus dict. dimidiam partem petere potest; quia quoad hanc statim fit domina, eique propria cedunt: iam vero bona

17\. 18. 19.

propria sponso illata repetere nusquam prohibitum. CARPZ. *p. 3. const. 22. def. 8.* Alteram vero partem dono-
19. rum nuptialium vxor non repetit, quippe quae est mariti propria; nisi per conuentionem omnia haec dona in dotem data fuerint, tunc vxor omnia dona nuptialia recte repetit; quia ex conuentione partium legem accipiunt contractus. *l. 1. §. Si conueniat 6. ff. depos. l. contractus 23. ff. de Reg. Iur.* CALD. PEREIRA *de Renouat. emphyt.*
20. *quaest. forens. consil. 38. n. 1.* Hinc respectu eorum in dotem supputatorum consequitur ius hypothecae in bona mariti, vti in dote ipsa, atque prae reliquis creditoribus anteriorem hypothecam non habentibus & haec adiudicanda. CARPZ. *d. l. d. def. 63.* GAIL. *2. obs. 25. n. 10. Ordin. Proceß. Sax.*
21. *iud. tit. 43. p. 1. consi. 28.* ibique MÖLLER *n. 33.* Eapropter licet nihil de his donis nuptialibus, tamen eorum aestimatio pro parte dimidia ex bonis defuncti ab heredibus mariti viduae exsoluenda: CARPZ. *def. Consistor. lib. 2. tit. 11. d.*
22. *199. n. 14.* Ratio, quia etsi dotalia bona consumta sint, nihilominus tam de iure communi, quam Saxon. aestima-
23. tio illorum ex bonis mariti est exsoluenda; iam vero parium eadem est iuris dispositio. *C. inter corporalia. 2. de Translat. Episc.* ALBERIC. de ROSAT. *in Tr. Statut. p. 2. in pr. n. 9.* MÖLLER. *ad Const. 22. n. 3. & Semestr. L. 2. c. 42. n. 3.* FINCKELTH. *obs. pr. 65. n. 13. seq. Add.* CARPZ. *d. l. def. 6.* Sed
24. quid si vxor non possit probare quantitatem horum donorum nuptialium? Resp. Tunc videndum, annon inuen-
25. tarium confectum, nec ne; priori casu res plana, & pro inuentario tamdiu praesumitur, donec contrarium rite probetur. *l. fin. §. 10. C. de Iure delib.* GVID. PAPA *dec. 142. in*
26. *fin. n. 3.* Quod si hoc non confectum, neque per testes quantitas possit probari, neque per schedulam a marito conscriptam, vel saltim subscriptam, ad iuramentum ea admittitur. vid. *disp.* MÜLLERI *de dono nuptiali cap. 4. §. 10.*
27. Porro vxor iure dominii & hac actione in rem repetit res extantes, quas illa constante matrimonio, per hereditatem, legatum, fideicommissum & donationem mortis

tis caufa, &c. accepit: item ea bona quae operis fuis artificialibus comparauit, ac poftea marito tradidit. *Add. Cap. praeced. n. 43.* Quia haec bona paraphernalibus vxoris an- 28.
numerantur; proinde ei prae omnibus creditoribus reftituenda funt; non quidem iure praelationis, fed iure dominii, quo repetens bona fua omnibus creditoribus etiam priuilegiatis praefertur. *l. 7. §. 2. ff. depof.* BRVNNEM. *Tr. de Concurfu Cred. cap. 5. §. 5.* CARPZ. *p. 1. conft. 28. def. 86. n. 7.* Eadem actio locum habebit, fi Morgengaba a marito citra 29.
confenfum eius alienata. IOAN. PETR. FONTANELLA. *de Pact. nupt. clauf. 4. gl. 1. n. 11. & concl. 7. gl. 1. p. 1. n. 28.* AZEVEDO *in Recopil. leg. Caftell. in l. 2. de las arras tit. 2. lib. 5. n. 28.* Adde de hac prolixe & erudite tractantem MYLERVM ab Ehrenbach, *in Gamolog. perf. Imp. Illuftr. cap. 18.* Atque hac 30.
actione vt aliquando maxime confultum eft, cum in ea omnibus omnino creditoribus potior fit. *per d. l. 30.* vid. GOMEZ. *in l. Tauri 50. & 3. feqq. n. 42. feqq.* Et in concurfu creditorum primum obtineat locum. BRVNNEM. *d. l. §. 6.* COCH. *Pr. For. Germ. p. 4. cap. 2. §. 12.* Et quidem recte, cum 31.
hae res, quippe alienae, creditoribus non obligatae, fed quilibet dominus fuam rem prae aliis praecipit. Ex quo & eft, quod hic maritus damnari foleat, etiam vltra quam facere poteft.

Ex quibus iam fatis conftat, quam diuerfa fit haec actio 32.
rei vindicatoria, ab illa priori hypothecaria in omnia bona mariti: cum illa actio in rem, non nifi ratione rerum do- 33.
talium ac iure proprietatis ad vxorem pertinentium conceffa videatur. Vtraque actio, fed electiue. *§. 5. Inft. quod cum* 34.
eo qui in al. pot. 9. §. 1. ff. de Tribut. Act. ibique BARTOL. BALD. & GL. DVRAND. *l. 2. part. 1. §. 2. v. 7. de Act. & petit.* HOTTOM. *Illuftr. qu. 29.* BACHOV. *ad §. fin. Inft. Si quadr. paup.* STRAVCHIVS *differt. 23. th. 10.* ibique PRAESES *in Praelect.* regulariter poft mortem mariti ac foluto matrimonio inftituitur. *l. 2. l. 10. ff. Sol. matr.* HILLIG. *ad Donell. lib. 14. cap. 5. lit. A.* WESENB. *ad tit. ff. Solut. matr. n. 3.* Nam tum demum 35.
ius mariti, quod in dote habuit, refoluitur, diesque huius

 actio-

actionis cedere intelligitur. MYNSING. *ad §. 29. Inst. de Act.*
36. *n. 32.* Nisi ad inopiam vergat. *l. vbi adhuc 29. C. de Iur. dot. l. 24. pr. Sol. matr. l. 1. ff. eod.* Cum quoad vxoris iura paria esse videantur, maritum mori, aut cedere bonis. *Add.* MEIER *de Hypoth. mulier. in dote, th. 33. Sc. Gentil. lib. 4. de Don. int. Vir. & Vx. cap. 20. & 3. seq. Supplem. Consil.* KLOCK. *Cons. 60. n. 11.*
37. Licet saburra aeris alieni nondum sit suppressus, MEVIVS *ad Ius Lubec. lib. 1. tit. 5. art. 11. num. 14.* sufficit illud imminere, maritumque facultatibus labi & sua substantia abuti incipere *Nou. 97. §. fin. cap. per vestros x. de donat. int. Vir. & Vx.*
38. GAIL. *2. Obseru. 83. num. 11.* Quod videtur fieri quando debitor maritus ad concursum prouocat. BRVNNEM. *de*
39. *Concursu Cred. cap. 5. §. 27.* Aut quando publicantur eius bona. SVRDVS *de Alim. tit. 1. qu. 34. n. 3.* licet tantum pro parte, atque ex remanenti sit diues. SVRD. *d. l. n. 2.* Aut,
40. quando maritus subicitur banno, SVRD. *d. l. qu. 36. n. 1.* Aut
41. si tantum dilapidationis suspectus. MARIVS GIVRBA *Decis. Regn. Sicil. 16. n. 1.* Aut quamprimum aliquid periculi subesse videtur. GIESEBERTVS *in Peric. Statut. 2. art. 42. n. 57.*
42. *& seqq.* secundum leges, Dd. & Pp. *n. 60. ibid.* Vtut maritus velit satisdationes conseruandae ac restituendae dotis offerre. GIVRBA *cit. loc. in fin.* Modo constet maritum non habere bona ad exactionem dotis sufficientia. BRVN-
43. NEM. *in l. 24. ff. Sol. matr.* Ab eo enim tempore actionem instituere viuente marito, conuocationem creditorum vrgere, quo illata sua liquida reddantur, vtque per adiudicationem sibi satisfiat, prae aliis petere potest. MEV.
44. *p. 5. decis. 89.* Nascitur quoque haec actio, si ob nimiam saeuitiam fiat separatio tori, licet matrimonium vere non dirimatur. BEVST. *de Matrimon. cap. 10.* COVARRVV. *de Matrim. p. 2. c. 7. §. 6. n. 1.* GVGLIELMVS DVNOZETVS *decis. Rot. Rom. 152. n. 7.* HIPPOL. *Marsil. in l. vlt. C. ad L.* CORN. DE SI-
45. CAR. *n. 22.* SERAPHINVS *decis. 1315. n. 1.* Aut si maritus malitiosa desertione ansam dederit diuortio, vxor non tantum dotem, donationem propter nuptias, dona nuptialia, &c. ex bonis mariti repetit. COLERVS *p. 1. decis. 176. n. 44.*

CARPZ. *p. 4. conſt. 21. def. 3.* VINCENT. HOND. *vol. 1. p. 3. conſult. 48. n. 5.* BERLICH. *p. 4. concl. 29. n. 25. l. 8. §. 4. in fin. C. de Repud. Nou. 117. cap. 9. Nou. 134. §. 10.* Vel ſi maritus citra delectum fideiubeat. HERING. *de Fideiuſſor, cap. 1. n. 12.* 46.

Adhaec vxor neque paraphernalia bona, citra cauſam inopiae repetere poteſt; vtut Dd. communiter ex *l. 8. C. de Pact. conuent.* contrarium probare conentur. Ex hac ratione & fundamento; cum maritus ſecundum *dict. leg. 8.* non habeat adminiſtrationem bonorum paraphernalium vxore id prohibente, atque ſic eorum adminiſtratio, non ipſo iure, ſed ex voluntate vxoris marito duntaxat competat. Moribus vero hoc vix obtinet, vbi marito vſusfructus horum bonorum quaeſitus. *Add.* ANGELVS CELSVS *deciſ. Rotae Rom. 377. n. 3.* 47. 48. 49.

Caeterum haec actio hypothecaria cum iam dictis, tantum eo tendunt; non vt reſtitutio fiat ad effectum ſolutionis, ſed in cauſam alimentorum fit conſignatio, ſeu certa pars bonorum aſſignatur, vt ex fructibus vxor cum marito & liberis alatur, & onera matrimonii ferat. GAIL. *2. Obſ. 92. n. 9.* MEV. *ad Ius Lubec. lib. 1. tit. 5. art. 11. n. 35. ſeqq.* PETR. FR. TONDVTVS *in Reſolut. Controu. Ciu. p. 2. cap. 122. n. 8. ſeq. pag. 62.* Quia dos adfertur ad ſuſtinenda matrimonii onera. CAMPEG. *de dote p. 1. quaeſt. 61.* SVRDVS *Cauſ. 397. n. 20. l. Dotis fructum 7. l. quamuis 75. & ſeq. ff. de Iure dot.* Quam reſtitutionem non eſſe propriam, ſed ſequeſtrationem, vt vxor ſe ex fructibus, maritum & filios alat, ſaluis pactis dotalibus, dicit, GIVRBA *Deciſ. 16. n. 2.* aſt veram reſtitutionem eſſe. *ib. n. 6.* quod iterum diſtinguit. *n. 11. & 17.* Quodſi enim maritus debitor ad concurſum inclinet, fructus dotis ideo non auferuntur ei, vtut mulier proprietatem repetat, ſed omnes fructus remanent marito: Ratio eſt, quia ex eo quod bonis labatur, non tolluntur plane iura matrimonii. PRAESES *in Praelect. publ. ad §. 27. cap. 5. Tr.* BRVNNEM. *de Concurſu Cred.* Adiudicantur hinc bona haec mariti obaerati, ſine licitatione vxori. GIVRBA *d. deciſ. 16. n. 22.* 50. 51. 52. 53. 54. 55.

Eſt vero liberum vxori, (cogi nequit, Neguzant. *de* 56.

Pign.

Pign. membr. 1. part. 5. pr. n. 31. ROL. A VALL. *Conf. 9. n. 30. vol. 1.)* petere vt dotalis pecunia foenori exponatur, vel in emtionem praediorum collocetur, quo inde sumantur alimenta. AFFLICT. *dec. 21. Add.* SVRDVS *de Alim. tit. 9. qu. 40. n. 37.* AVG. BARBOSA *ad cap. 7. X. de Donat. int. Vir. & Vx.*
57. MEV. *ad Ius Lubec. lib. 1. tit. 5. art. 11. n. 3. seq.* Vel ipsa praedia dotalia distrahantur, & pretium inde redactum alii sub
58. pignore credatur, quam ab emptore retineatur: posterius tutius ac vtilius esse exinde constat; quod vxoris hypotheca non mutetur. *l. 14. & seq. C. de Pignor.* eidemque emtoris creditores cedere debeant. *l. 11. ff. qui pot. in pign.* RAVCH-
59. BAR. *p. 1, quaest. 33. n. 9.* Sed & integrum est vxori marito dotis possessionem relinquere, eundemque ad praestandam cautionem, si modo illa non sit iuratoria, MEV. *d. l. lib. 1. tit. 5.*
60. *art. 10. n. 55. seqq.* adigere: Quod hic singulare est, cum alias exigi non possit. *l. 1. & 2. Ne fid. vel mand. dot. dent.* Necessitas enim periculi ante damna praeoccupandi iustificat huiusmodi cautionis desideria. HERING. *de Fidei. cap. 5. n. 45.* COLER. *in Processf. Exec. p. 2. cap. 3. n. 112.* STRACHA *de Mercat. p. 2. n. 32.*
61. Et haec ita, si vxor dotem suam, ac maritum facultatibus labi, multoque aere alieno grauatum esse rite probauerit. MÖLLER *p. 1. const. 29. n. 10. seqq.* COLERVS *d. l. p. 1. cap. 2. n. 104.* BARNAB. CORNAZZANVS *decis. Luc. 59. n. 4. seqq.*
62. Non saltim praesumptiuam, sed plenam probationem esse
63. oportet. vid. MASCARD. *de Probat. concl. 1234.* Quod intelligo si inopia mariti sit probanda, quando agitur contra tertium ad auocandum pignus; hoc enim casu plena at-
64. que sufficiens plane requiritur probatio: Aliud si agatur contra virum, vbi leuior admittitur probatio. SIGISM. SCACCIA *de Commerciis & Camb. §. 7. gl. 5. n. 87. fol. 470.* nisi fu-
65. gae accedat suspicio. COLER. *d. l. cap. 3. n. 132.* Quod si ipsa vxor dotem videatur deperditura, haec dos a marito ad inopiam vergente restituta apud aliquem fide dignum deponi poterit ad honestam lucri partem. AFFLICT. *decis. 221.* RIMINALD. *iun. in pr. n. 554. Inst. quib. alien. lic.* CAROT. *de Sequestr. 1. qu. 1. n. 1.* NATT. *Consil. 55. n. 8.* SVRDVS *de Aliment. tit. 8.*

tit. 8. priuil. 34. n. 6. Add. FR. MARC. *dec. 887. p. 1.* Vxor tamen 66.
hoc modo agens ad repetitionem dotis siue propter inopiam mariti, siue eo mortuo, tenetur, ad instantiam creditorum seu heredum, omnia manifestare mariti bona, quae ad eius manum peruenerunt. SCACCIA. *d. l. n. 91. fol. 472.* & 67.
quamdiu in hoc cessat ac moram nectit, non debet audiri. *n. 92. ib.* Si autem maritus ab inopia liberetur, ei dos restituenda 68.
l. 4. §. 1. ff. de Mun. & hon. WISSENBACH. *ad tit. ff. Sol. matr. th. 16.* Puto tamen hic opus esse dispectione & arbitrio iudicis. GAIL. *lib. 2. obs. 85. per tot.* an scil. consultum sit ei reddi, qui semel decoxit.

Illud ex praedictis colligitur, hanc actionem hypothecariam non in solidum competere, sed saltim pro quan- 69.
titate dotis & dotalitii; licet haec ipsa hypotheca propo- 70.
natur super viri obaerati bonis executiue, pro mensura dotis nihilominus exsecutio fieri solet. MARIVS GIVRBA *Decis. Regn. Sicil. 16. n. 21.* Videtur enim illud ad fructuum per- 71.
ceptionem sufficere. RAVCHB. *d. l. n. 28. seq.* NEGVZANT. *d. tr. p. 5. membr. 1. n. 33.* COLERVS *d. l. n. 194.* Et quamuis 72.
alias creditores oblatum debitum recipere & pignoris persecutionem omittere teneantur *l. 11. §. fin. l. 12. §. 2. ff. qui pot. in pign. l. 1. C. Si antiq. cred. pign. vend.* hoc tamen priuilegium 73.
contra vxorem durante matrimonio hypothecaria agentem exerceri nequit: ne, quod ad ipsius vxoris, mariti, liberorum & totius familiae sustentationem & alimentationem est constitutum, auferatur, THESAVR. *p. 2. qu. 65.* GAIL. *lib. 2. obs. 92. n. 7. & seqq.*

Hoc autem vxor cum aliis creditoribus habet com- 74.
mune, quod pro arbitrio suo, quae velit, bona mariti persequi ad concurrentem dotis aestimationem. *l. 8. ff. de distr. pign.* aut etiam vnum ex pluribus rerum dotalium possessoribus elicere queat. RAVCHB. *d. l. n. 31. seqq.* Alias posset 75.
vxor, videns maritum labi facultatibus, creditores illudere & pro minima dote omnia mariti bona retinere. NEGVZANT. *de Pign. p. 5. membr. 1. n. 33. & membr. 34. n. 5.* CAROC. *decis. 21. n. 36.* Iam vero fraudibus via non aperienda, potius 76.
occur-

occurrendum ne fiant. *l. fraus ff. de Legib. l. fraudis ff. de R. I.* CAROL. de GRASSIS *de Except. Except. 13. n. 36.* MANGILIVS
77. *de Imputationib. qu. 183. n. 6.* Licet non abnuam, ex priuilegiis vxorum haud raro firmissimum & egregium asylum decoctores maritos nancisci posse MEV. *ad Ius Lub. p. 171. n. 6.* vbi
78. illud iocose vocat, unter der Frauen Peltz kriechen. Prouti hac ratione impedire poterit mulier creditorum executionem, dotem restitutam possidens ex inopia mariti. MARIVS GIVRBA *decis. 16. n. 10. add. decis. 16. n. 10. add. decis. 61. n. 15.* MEV.
79. *in discuss. leu. inop. deb. cap. 4. n. 43. seqq.* Cautelam pro vxore, quae dotem suam saluam esse vult, viro ad inopiam in-
80. clinante. vid. MÖLLER *4. Semestr. 48. n. 3.* De caetero poterit vxori actione hypothecaria vtenti, excussionis exceptio opponi, sicut cuilibet alii creditori, ex generali dispositione *Nou. 4.* ANT. FABER. *in C. de R. U. A. def. 2.*

81. Interdictum Saluianum vtile vxori competere, communi Dd. calculo comprobatum RAVCHB. *d. l. n. 20.* MEV.
82. *ad Ius Lubec. d. l. tit. 11. n. 28.* Immissio autem ex hoc interdicto requirit, vt dos illata seu creditum & hypotheca probata sit, non turbida & incerta; secus pro natura huius interdicti cessat atque otiosum est hoc interdictum. ANGELVS CELSVS *Decis. Rot. Rom. 40. n. 1. & 17.* DVNOZETVS *Decis. 252. n. 4.* Conf. PETR. FR. TONDVTVS *de Praeuent. iudic. p. 3. cap. 11. n. 1.*

83. Item vxori competit remedium *l. fin. C. de Acquir. poss.* ad auocandam rerum dotalium possessionem, si constitutum possessorium, Conf. *l. 18. ff. de Acq. poss.* pactis dotalibus sit adiectum. *Add.* MENOCH. *remed. 14. recuper. possess.* RI-
84. MINALD. *vol. 1. conf. 69. n. 16.* Quoad interdictum saluianum & remedium *l. fin. C. de Acquir. poss.* dissentit RAVCHB. *d. l.* Hactenus fuere remedia realia.

85. Datur & vxori actio in personam, ad res quidem aestimatas ex vendito. *l. 10. C. de Iure Dot.* Ad alias olim actio rei vxoriae, hodie ex stipulatu. *l. vn. § 1. C de R. V. A. §. fuerat. 29. Inst. de Act. vid. cap. 2. in fin.* Cum praedicta actio sublata & in actionem personalem ex pacto legitimo seu ex stipu-

ſtipulatu de dote repetenda, tanquam pleniorem transfuſa. Conf. ZOES *ad ff. tit. Sol. matr. n. 1. & 2.* OLDENDORP. *Claſſ. Act. 4. act. 26.* Eidemque ius hypothecae tacitae annexum eſt, cum iure praelationis ratione aliorum credi-
torum. *d. l. vn.* §. *1. & l. fin.* §. *1. C. qui pot. in pign.* De hac, quia 86.
copioſe ſcripſerunt paſſim Interpretes, & praeprimis ad
d. l. vn. & §. *29.* ideo lectorem ad eos remitto. Hanc actio- 87.
nem ex ſtipulatu dotis repet. dari quoque vxori ad petendam donationem propter nuptias, dicit OLDENDORP. *Claſſ. Act. 4. act. 26. pract. 4.*

Alimenta vxor petit per implorationem officii iudicis, 88.
maritum cogentis, vt pro dotis quantitate vxori etiam furioſae, alimenta & vitae neceſſaria praeſtet. *l. 22.* §. *8. ff. Sol. matr.* TONDVTVS *de Penſion. Eccleſ. cap. 7. n. 18.* ANGELVS
CELSVS *Deciſ. 16. n. 10.* Etſi aliunde habeat vnde viuat, cum 89.
maritalis officii alimenta vxori ſubminiſtrare. KLOCK. *tom. 2.*
conſ. 70. n. 99. ſeqq. Quae & ei debentur, ſi propter mariti 90.
ſaeuitiam extra domum habitationis eius conſtituta. GVGLIELMVS DVNOZETVS *deciſ. Rot. 152. n. 7.* HERING. *de*
Fideiuſſor. 6. 240. ſeqq. BESOLD. *p. 4. conſ. 162.* Nec poteſt 91.
cogi ad cohabitandum. SERAPHIN. *deciſ. 1276.* Nam ſi verberibus atrocibus indignis affecta, iuſte ab eo diuertit. *l. Conſenſu 8.* §. *ſi quae 2. C. de Repud.* PHILIP. PASCHAL. *de Patr.*
pot. part. 3. cap. 4. n. 21. Imo facta tori ſeparatione, tamen 92.
debentur vxori alimenta. GILHAVS. ARB. *iud. Cr. pag. 86. n. 23.* COCH. *in Prax. For. Germ. p. 2. tit. Alimenta pag. 147.*

Modus alimentorum aeſtimatur vel a qualitatibus 93.
vxoris. MEVIVS *p. 6. deciſ. 37. n. 2.* vel arbitrio iudicis relinquitur. MEV. *d. l.* quod fundatur in aequitate. CAESAR. VRSIL. *in Add ad Afflict. deciſ. 99. n. 7.* DECIAN. *Conſil. 9. n. 48.*
vol. 1. Quotiescunque enim deficit actio, aequitas tamen 94.
ſuggerit res vt mihi praeſtetur, toties iudicis officium in-
terponitur. *l. plane ff. de Petit. heredit.* atque ab aequitate pro- 95.
fluit, tanquam genetrice. *l. Quintus* §. *Pomponius ff. de Alim. leg.* Conf. NATTA *Conſ. 534. n. 6.* ROLAND. a VALLE *Conſ. 1.*
n. 54. vol. 1. Et licet aliqualis obligatio hic ſubſit, ſine qua 96.

 alias

alias non daretur, est tamen haec impropria, atque ad singularem actiouem producendam inualida, quod ipsum eleganter declarat. IOH. PETR. SVRDVS *de aliment. tit. 3.*
97. *quaest. 1. n. 14. seqq.* Actionis vero speciem esse dicit. SCHWENDENDORFF. *Summar. Act. Real. Expos. gener. cap. 1. §. 8. p. 7.*
98. Propter alimenta decernitur quoque non raro sequestratio dotis; si maritus dotem dissipaturus intelligatur. *l. 22. §. 8. ff. Sol. matr.* De condictione ex lege Iulia Papia, quae vxori constante matrimonio datur, quicquam addere non lubet, cum calentem calamum sistat breuitatis studium.
99. Poterit vero de ea videri MEIER *in Colleg. Argent. tit. Sol. matr. th. vlt.* Quare progredior ad ius excipiendi vxori similiter comparatum.
100. Illud autem ius excipiendi consistit in retentione, quae est defensio & quasi quaedam exceptio. GEORG. MVNDIVS a ROHDACH. *cons. 26. n. 77. vol. 2.* qua vxor insistendo rei ius suum tuetur, seu iure pignoris, ac vt creditrix hypothecaria retinet omnia mariti bona, quae ipsi per legum beneficia pro dote obligata. *l. fin. §. 1. C. qui pot. in pign. l vn. §. 1. C. de R. U. A.* & maritum aduersarium, donec ei satis faciat, repellit. MEV. *p. 9. decis. 151. n. 8.* vid. CARPZ. *l. 4. Resp. 38. n. 19. Add.* MOLIGN. *de Retent. & Reconv.*
101. *quaest. 2.* Retinet igitur vxor possidens bona mariti pro dotibus obligata. ANG. CELSVS *dec. 1. n. 11.* H. PIST. *obs. 107. n. 1.* donec de dotis restitutione & caeteris rebus satisfactum, SVRDVS *de Alim. tit. 1. qu. 34. n. 9.* MYNSING. *Cent. 6. obs. 45. &*
102. *82.* MEIER *Colleg. Arg. tit. Sol. matr. th. 17. in fin.* Etiam feudalia retinet bona, tam iure communi. MEV. *ad Ius Lub. lib. 1. art. 13. tit. 5. n. 34. Add.* MOLIGN. *d. tr. qu. 20. & 21. Grammat. decis. 58. n. 3.* DEC. *Cons. 449. n. 23.* BOER. *decis. 44. n. 36. in fin.* quam Saxonico Landr. *lib. 1. art. 31. & 45.* Weichbild *art. 57. §.* Habt ihr aber. *& art. 24. v.* desgleichen darff sie auch die Gewehr des Guts. BERLICH. *p. 1. concl. 32. n. 3.* CARPZ. *p. 2. const. 25. def. 8. & lib. 4. tit. Res. 19. n. 4. Id. in tr. de Iure foem. decad.*
103. *9. pos. 10. n. 6. seqq.* Etiam pro paraphernalibus. *arg. l. fin. vers. sin autem. C. de Pact. Convent.* HERING. *de Fideiuss. cap. 15. n. 117.*

NEVEN-

NEVENHAHN *de Priuil. vid. membr. 3. sect. 24.* quod & obtinet de Iure Saxonico. *Const. Elect. 33. p. 3.* RAVCHB. *p. 1. quaest. 33. p. 31.* PISTOR. *p. 1. qu. 4. n. 32.* & dotalitio. STRVV. *S. Iur. Feud. cap. 14. aph. 14.* ac ea quae ei dotalitii ratione oppignorata sunt. *l. 24. ff. de Iure dot. l. 29. C. eod. l. 7. §. 5. Sol. matr. Const. Elect. Sax. p. 2. const. 15.* Atque donatione propter nuptias & portione in pactis dotalibus ei assignata vel promissa. *L. 29. vers. quo dot. C. de Iure Dot.* Cum illi hoc nomine valida detur actio, ac ita multo magis retentio. *l. cit. 29. & §. 29. Inst. de Act.* quippe quae fauorabilior quam petitio, *L. per retentionem. C. de Vsur.* IASON. *in l. 12. §. 1. ff. col. 12. ad fin. vers. tu aduerte lect. 2. de Acquir. poss.* MEV. *p. 6. decis. 35. & 7. decis. 399.* GEORG MVNDIVS a ROHDACH. *Cons. 26. n. 78. 80. 84. seqq. & 143. vol. 2. Add.* MOLIGNAT. *d. qu. 20.* CARPZ. *p. 2. const. 25. def. 11. vibi recenset praeiudicium Lipsiense:* daß sich die Wittib, ehe und zuvor sie vermöge der ausgerichteten Ehestifftung des ihr darin gethanen Vermächtniß, von den Erben vollständig befriediget wird, in des verstorbenen Mannes Gütern, iedoch so weit sich das Vermächtniß erstreckt, des iuris retentionis zu gebrauchen, gar wohl befugt ist. V. R. W. Et in foro Saxonico pro portione Statutaria *Constit. Elect. p. 3. const. 20. & 25.* COLERVS *in Process. Execut. p. 1. cap. 2. n. 134. & cap. 3. n. 241. Id. Dec. 62. n. 11.* RAVCHB. *d. l. p. 1. qu. 33. n. 22.* modo bona sint mariti propria, nec ab alio occupata H. PISTOR. *obs. 7. n. 15.* Neque enim pro alienis, neque in occupatis ius retentionis locum habet. MAGON. *decis. 64. n. 7. seqq.* ROL. a VALLE *Consil. 27. n. 34. vol. 1.* vide tamen CARPZ. *tit. 3. resp. 19. n. 2. seqq.* Nec datur quando constat ad manus eius peruenisse bona sufficientia pro eius satisfactione. ANG. CELSVS *decis. 298. n. 15.* aut si iura vxoris illiquida. *d. l. decis. 356. n. 8. & decis. 365. n. 4. decis. 382. n. 3. dec. 411. n. 21.* H. PISTOR. *d. l. n. 17.*

104. 105. 106. 107. 108. 109. 110.

Non autem mulier quoad hanc retentionem propterea impediri poterit, quod communis curator mariti obaerati bonis detur, qui duntaxat conseruationi & administrationi frugali pro communi creditorum commodo, saluo reten- 111.

tionis iure intentus esse debet; vti dicit MEV. *ad Ius Lub. lib. 1. tit. 5. art. 13. n. 32.*

112. Cum itaque vxori non solum pro dote hoc ius retentionis, sed & pro aliis donis illatis ac paraphernalibus concedatur, ideo nec propter dona nuptialia ei denegan-
113. dum videtur: quia dona ista bonis illatis aequiparantur. *cit. Const. 2. p. 3. verb.* Wenn aber nach des Mannes Absterben. *Add. Const. 25. p. 11.* CARPZ. *l. cit. def. vbi praeiudicium habet.* &
114. BRVNNEM. *Cent. 5. decis. 69. n. 5.* Donec ei de medietate (communem enim rem habere est vnumquemque habere
115. medietatem, CELSVS *decis. 269. n. 4.*) satisfactum. Licet ei controuersia moueatur de quantitate horum donorum nuptialium, nihilominus durante processu in posses-
116. sione bonorum relinquenda; cum verba *d. Const. 25. p. 2.* admodum clara & perspicua sint: So lange bis Sie des ihrigen vergnügt. Nisi de malitia & dolo mulieris manifesto constet. *Add.* MÖLLER *ad d. const. 25. num. 7. seq. &* Wichs-
117. bild *art. 24.* Quantum vxori pro alimentis debeatur, dum retentionis iure bona mariti tenet & administrat, vid. MEV. *Decis. Wismar. p. 7. decis. 138.*

118. Caeterum satis pingue est hoc ius retentionis. ANT. FAB. *in C. lib. 2. tit. 30. def. 2. n. 6.* sub hac enim exceptione tanquam clypeo, secure latitare potest. Hinc dicitur & remedium commune ac iuridicum, a GE. MVND. a ROHDACH. *consl. 26. n. 107.* cum fere vbique huius iuris retentionis fauor & robur in defensione radicatum se exerat.

119. Verum enim vero neutrum ex omnibus propositis remediis cum effectu in iudicium deduci poterit, quam si vxor & dotis constitutionem & realem illationem probauerit. GIESEB. *in Peric. Statut. Harm. Pract. 2. art. 34. n. 356. &*
120. *211.* KLOCK. *Consl. 118. n. 20. tom. 3.* Constitutio autem quoque coniecturis probatur. H. PIST. *obs. 46. n. 11.* THOMING. *decis. 30. n. 35.* FAB. *lib. 5. tit. 7. def. 18.* KLOCK. *Consl. 70. n. 42. tom. 2.* Illatio tamen plenam requirit probationem, quae sola mariti confessione non absoluitur; puta aduersus

cre-

creditores, etiamsi iurata fuerit, aut mulier in supplementum iurare velit: Incidit enim in donationem inter coniuges, quae nec iuramento confirmatur. COLER. *de Proceß. Execut. p. 3. c. 1. n. 116. Add.* ANG. CELSVS *decis. 255. n. 4.* Nec praeterea tale iuramentum in praeiudicium tertii valere 121
potest. *cap. 14. x. de Iureiur.* CARPZ. *p. 1. Const. 29. def. 72. 73. 75.* nisi vnius testis fide digni depositio accedat. CARPZ. *d. l. def. 80.* Vel concreditores debita sua per mariti confessionem probent. *Id. d. l. def. 76.* Probata autem illatione, versio 122
in rem praesumitur, nec vlteriori demonstratione vxor grauatur. *d. l. def. 71.* An instrumentum paratam habens executionem pro restitutione dotis locum habeat, si constante matrimonio pro dote agatur ob viri inopiam. vid. GIVRBA *decis. 16. n. 4.* vbi id negat, *n. 7.* contrarium recensetur.

CAPVT IV.

DE IVRIS VXORII AMISSIONE.

SVMMARIA.

IUra vxoris amittuntur renunciatione expressa. n. 1.
An mulier doti renunciare possit. 2. *seqq.*
Quid in re mobili & immobili, aestimato tamen in dotem tradita. 16. 17. *seqq.*
An donationi propter nuptias renunciare vxor possit. 19. *seqq.*
An iuri hypothecae? 23. *seqq.*
Vxoris renunciatio quando noceat? 28
De Iure Saxon. & Communi. 29 *seq.*
Quid si renunciationi iuncta intercessio? 31. *seq.*
Renunciatio vni creditori facta non omnibus facta censetur. 33. *seqq.*
Licet iurata fuerit renunciatio. 36. *seqq.*
Si foemina ad hoc dolo inducta non valet renunciatio. 40
Quomodo vxor tacita renunciatione iura amittat. 41
Quid si mariti obaerati bona administret. 42
An mulier nubens marito obaerato renunciasse videatur? 43 *seqq.*
Quid in Foro Saxon. 46. *seqq.*
Vxori prodige & damnose viuenti non datur repetitio. 48. *seq.*
Tacite renunciat vxor, si maritum adul-

1. Beneficia & Iura an vxor expresse RENVNCIANDO amittere possit, breuibus inquisiuisse iuuabit; & qui-
2. dem primum videbimus de dote. Cum autem renunciatio vxoris donatio videatur. *l. 1. & l. 1. & tot. tit.*
3. *ff. de Don. int. vir. & vxor.* haec vero inter maritum & vxorem plane prohibita, ANG. CELSVS *decis. Rot. Rom. 255. n. 4.* praeter haec regulariter pacta & renunciationes illae non valeant, quae indotatas reddunt mulieres. *l. 2. & 4. ff. de Pact. dotal.* KOHL. *de Pact. dotal. p. 1. n. 81.* PETRI BARBOS. *in l. 2. pr. p. 1. num. 143. ff. Sol. matr.* BRVNNEM. *ad l. 2. ff.*
4. *de Pact. dotal. n. 1.* vel alias conditionem dotis reddant deteriorem. *l. 6. & 14. ff. d. t.* ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiae earum conuertatur, *pr. Inst. Quib. alien. lic. vel non.* omnino dicendum videtur, quod vix doti renuncia-
5. re ei permissum sit: etiam de iure nouissimo vbi nec distractio rerum dotalium consentiente vxore subsistit. *l. un.*
6. *§. 15. C. de R. U. A.* Neque putamus hic obstare *Nouell. 61.* quippe quae proprie tantum loquitur de alienatione fundi obligati loco donationis propter nuptias, (de qua mox dicendum)

dum) vt sic in fundo dotali adhuc vtique obtineat dispositio dicti textus *pr. Inst. Quib. alien. &c.* Add. *l. vn. §. 5. C. de R. U. A.* Ex quo est, quod ne quidem consentiente 7.
vxore & iuri suo renunciante maritus hypothecae causa vxoris praedium obligare valeat; quia illud quod prohi- 8.
bitum est in termino, quoque prohibitum censetur in via. arg. *l. fin. C. de Reb. alien. non alien.* AVG. BARBOSA *Thesaur. loc. Commun. Cap. 93. axiom. 16.* & sic quaeuis deminutio iuris vxorii recte prohibita intelligitur.

Imo de iure communi non subsistit renunciatio vxo- 9.
ris vtut iurauerit, ratam se alienationem vel oppignorationem istam habituram esse, cum adhuc talem renunciationem vanam atque nullius momenti esse, iure ciuili indubitatum sit: Partim, quia actus contra legem iure- 10.
iurando non firmatur. *l. Non dubium 5. C. de Legib. Cap. Non est obligatorium 58. de Reg. Iur. in 6to.* partim, quia per hoc 11.
iuramentum vxores priuantur dotibus suis; quod itaque tanquam vtilitati publicae aduersum, (cuius interest dotes saluas & integras conseruari. *l. 1. ff. Sol. matr. l. 2. ff. de Iure Dot.*) merito improbatur.

Iure canonum & hodierno tamen volunt Dd. hanc 12.
renunciationem subsistere, si eam religione iurisiurandi firmet vxor. *per capit. cum contingat, 28. X. de Iureiur. & cap. 2. eod. in 6to.* SCHNEIDEW. *ad pr. Instit. quib. alien. licet vel non.* BRVNNEM. *Exercit. 9. tit. 8. n. 14.* Non enim videtur quis 13.
temere ad iuramentum venire, re non exacte considerata & perpensa. Conf. CRAVETT. *Consf. 192. n. 9.* vel si 14.
vxor consensum suum & voluntatem post biennium repetierit, cum interea temporis satis deliberasse videatur; & insuper geminatio actuum non raro aequiparetur iuramento. KIRCHOVIVS. *tom. 3. consil. 19. n. 63. add. 65.* Modo 15.
tamen, quod probe attendendum, de dote vxori ex aliis mariti bonis satisfieri possit. *Nou. 61. cap. 1. §. 1. in fin.* RIT-

 TERS-

TERSHVS. *in Nou. p. 5. cap. 9. n. 10.* MATTH. STEPHAN. *Comment. ad. d. Nou. 61. n. 20. & seqq.*

16. Ast, longe aliter se res habet, si dos consistat in rebus mobilibus, quarum dominium perfecte transit in maritum, quia rerum mobilium nulla vtilitas sine venditio-
17. ne; vel si res dotales immobiles aestimato in dotem traditae: aestimatio enim facit venditionem. *l. 10. §. 4. ff. de*
18. *Iure Dot. l. Vn. §. 15. C. de R. U. A.* Nisi forsitan mulier sibi seruauerit electionem, an velit rem an pretium repetere, conf. PRAESES *Tr. de Caut. Contr. sect. 3. cap. 8. §. 10. & 11.*

19. Iam de donatione propter nuptias dispiciendum, an & illi licite renunciare possit? Et videtur quod sic, pro-
20. pter *l. 11. & 21. C. ad SCt. Vellei.* Sed verior videtur sententia negatiua. Cum nec hic maritus consentiente vxore res immobiles alienare seu oppignorare possit. *Nouell. 61.*
21. *cap. 1. §. 1. Auth. Siue a me C. ad SCtum Vellei.* Quae Avth. vtique intelligenda, tam de donatione propter nuptias, quam de ipsis bonis dotalibus BRVNNEM. *in Comment. C.*
22. *ad banc Auth.* Hinc recte doctores colligunt sine solennitate huius Avth. donationi propter nuptias vxorem non posse renunciare, scil. nisi post biennium consensum suum denuo repetierit ac iuri suo renunciauerit, maritusque alia sufficientia bona habeat, ex quibus vxori succuri possit. BRVNNEM. *d. loco.*

23. Restat vt dicamus de hypotheca, an & ei, seu iuri hypothecae, quod habet in omnia bona mariti, licite renunciet? Et affirmatiuam sententiam veram esse aestimo, quando maritus alia bona habet, ita vt in effectu debitum vxor non remittat. Quam sententiam communem dicit BRVNNEM. *ad l. 11. C. ad SCtum Vellei.*

Non

Non enim hic eſt donatio, quia de caeteris mariti 24.
bonis vxori aliunde ſatis fieri poteſt. Nec regulariter remiſſio pignoris donatio eſt *l. & ſi pignus 18. ff. quae in fraud. credit.* Neque incidit in SCtum, quia remiſſio pignoris 25.
interceſſio non eſt. *l. 8. pr. ff. ad SCtum Vellei.* hinc nec renunciatio hypothecae eſt interceſſio. *arg. l. 11. & 21. C. d. t. Add.* BRVNNEM. *Comment. Cod. ad hos textus.* Quod ſi ve- 26.
ro maritus non ſit ſoluendo & adeo inops, vt tot bona non habeat, quot ſufficiunt ad reſtitutionem dotis, remiſſio hypothecae de iure communi vxori nihil nocebit. *Arg. Auth. Siue a me & l. 21. C. ad SCtum Vellei.* DAN. MÖLLER *lib. 1. ſemeſtr. 43. n. 2.* Cum marito nihil in bonis habens re- 27.
miſſio hypothecae in effectu facta ſit donatio, & vxor inanem actionem habeat propter inopiam aduerſarii. *l. Nam is nullam 6. ff. de Dol. mal.* CARPZ. *Iurispr. forenſ. p. 2. conſt. 16. def. 14.*

Caeterum quae huc vsque dicta, quod vxoris re- 28.
nunciatio non aliter noceat, quam ſi ex aliis bonis mariti ipſi ſatisfieri poſſit, hoc procedit; niſi inſuper pro ipſo marito interceſſerit vel eius debitum in ſe receperit, accedente ſolenni renunciatione *SCti Vellei. & Auth. Si qua mulier.* Hoc caſu enim ipſa vxor ex interceſſione 29.
valide obligatur & hinc non tantum iure Saxon. vti vult. CARPZ. *p. 2. conſt. 16. def. 12. n. 6.* Sed & iure ciuili in ſolidum obligatur, etiamſi regreſſum contra maritum habere non poſſit. Diſſentire quidem videtur ZANGERVS *de* 30.
Except. p. 3. cap. 11. n. 177. Sed rationem iuris ciuilis nul- 31.
lam ſubiungit: quare dicendum; renunciationi iunctam interceſſionem vel plane otioſam eſſe, quippe cum ſola renunciatio iam tum eatenus praeiudicet vxori quatenus maritus ſoluendo eſt; vel eidem effectus legitimus tri- 32.
buendus, quod ſcil. vxorem iurato fideiubentem ſimpliciter obliget.

33. Illud praeterea notandum, quod per hanc renunciationem iuris hypothecae & praelationis des Vorder-Rechts; in gratiam cuiusdam creditoris a muliere factam, non penitus hoc ius amittat, sed duntaxat ratione istius
34. creditoris, in cuius fauorem renunciatum: Hic enim creditor tantum in locum vxoris pro hac quantitate transit, in reliquis vero, siue ratione illorum qui ab vxore causam non habent, nihilominus vxor locum suum retinet.
35. *l. 11. & 21. C. ad SCtum Vellei.* Sic ergo vnice non poterit vxor vti iure praelationis & hypothecae, aduersus illum creditorem in cuius gratiam renunciatio facta. Conf.
36. BRVNNEM. *ad cit. leg. 21. n. 5.* Quae renunciatio omnino subsistit absque iuramento; sed vtut forsitan iurato renunciet vxor, non tamen videtur in gratiam omnium
37. creditorum renunciasse. Regulatur enim iuramentum secundum naturam actus. *l. vlt. C. de Non num. pec.* CARDIN. TVSCH. *concl. pract. tom. 4. lit. I. concl. 506. per totam.* & re-
38. nunciationes sunt stricti iuris. *l. Si vnus 27. §. 4. vers. ante omnia. l. Emptor. 47. §. Lucius 1. ff. de Pact.* RIMINALD. *iun.*
39. *consil. 484. n. 33. vol. 5.* & odiosae. GEORG MVNDIVS a RODACH. *Conf. 28. n. 104. vol. 2.* CRAVETTA *Cons. 42. n. 2. tom. 1.* neque ad ignota extendendae. *l. legitimam. 8. ff. de Petit. hered.* GAIL. *2. obs. 98. n. 14. l. Si mater. 19. ff. de Inoff. testam.*
40. CEPHAL. *Consil. 3. n. 100. lib. 1.* Sed si vxor dolo & fraude ad renunciandum inducta, per actionem in factum, quae doti subsidiaria, restituitur hypothecae, & dabitur vtilis hypothecaria contra eos in quos res alienatae. CVIACIVS *Cons. 18.*

41. Vel TACITE renunciat vxor iuribus & priuilegiis pro se introductis, quod ex certis signis & coniecturis colligitur, tabulas forte venditionis subscribendo. *l. 8. §. 13. ff. Quib. mod. pign. solu.* sola autem scientia nihil praeiudicat. *d. l. iuncta l. 25. ff. de Probat.* nec nuda verba vrbanitatis renunciationem inducunt. GVGLIELM. DVNOZETVS
42. *decis. Rotae Rom. 53. num. 14.* Sic videtur vxor sibi praeiudicasse,

dicasse, administrans bona mariti obaerati, ac fructus & mobilia retinens; quia praesumitur ei satisfactum de dote illata, donec rationem reddiderit. ANGEL. CELSVS *decis. 227. n. 8.*

Solet & in controuersiam venire quaestio haec sabbathina (vti tales quaestiones, quae in vtramque partem fere tradi possunt, & propterea caute & diligenter tractandae, vocat GEORG. MVND. a RODACH. *Consil. 27. num. 4. vol. 1.*). An si mulier ab initio contraxerit matrimonium scienter cum marito obaerato, & ita scienter ac volens acceperit virum obaeratum, qui non erat soluendo, eidemque consulto dederit dotem annon eapropter priuilegia sua amittat, ob tacitam renunciationem quae subesse videtur? Distinguunt hic inter casum inopinatum 43.
superuenientem inopiae, quod tunc non amittat; secus si casus praeuisus & cognitus. *l. si is a quo §. fin. ff. Vt in possess. legat. vel fideicomm. l. fin. §. is hoc quoque C. de Sponsal.* 44.
Quia quae scienter contrahit cum obaerato & inope, non potest eum habere aut arguere suspectum. *l. si creditores ff. de Priuileg. Cred.* Vid. SPECVL. *de Donat. int. Vir. & Vx. §. fin. in vers. Quid si mulier.* At vero nulla est ratio, quare vxor suo priuilegio renunciasse videatur, cum renunciatio vtique non fingenda: potius praesumitur foemina hoc fine obaerato nupsisse, quo ille ex dote res suas conclamatas & perditas, meliores reddere atque denuo patrimonium sibi acquirere possit. Conf. BARBOS. *ad l. Si constante. num. 24. vers. Obstat etiam. ff. Sol. matr.* Vtut in 45.
foro Saxonico contrarium statuerit CARPZOV. *Const. 28. def. 48. & lib. 4. Resp. 25.* BERLICH. *p. 1. concl. 65. n. 81.* Sententia tamen illa ab Electore Saxoniae Serenissimo reiecta. *Decis. Elect. 6.* 46. 47.

Merito autem illa dotis repetitio priuilegiata patitur limitationem; Nisi dolo vel culpa vxoris ad inopiam 48.

 perue-

peruenerit maritus, v. g. si haec prodige & luxuriose vixerit ac bona per malam administrationem dissipauerit.
49. PHILIPPVS *ad Decis. Elect. 6. obs. 4. n. 7.* Cum stultitiae & leuitati eius damnum acceptum feratur. GEORG. MVNDIVS a RODACH. *cons. 11. num. 46. vol. I.*

50. Porro tacite renunciasse videtur iuri suo vxor, si iam diuortium partiale impetrauerit, & iudicio quoque de dote constituto, ipsa volens in matrimonium & thorum coniugalem reuersa fuerit. *l. 19. C. Sol. matr.* aut si
51. maritus vxorem multis blandimentis & persuasionibus induxerit, vt ipsum denuo in lectum recipiat.

52. Donis nuptialibus quoque pari ratione renunciasse praesumitur, si certam in pactis dotalibus sibi assignatam partem ex bonis mariti accipiat. Tunc nihil amplius petere potest. Ratio est in procliui; quia scilicet pacta stricte intelligenda. Hoc modo vxor nobilis petens do-
53. talitium, Morgengabam & cibaria domestica amittit: Sicuti enim vidua nobilis si petit dotem illatam, simul Geradam, Morgengabam & Commestibilia petere nequit. *Gloss. artic. 31. in verb.* Stirbt das Weib. ita quoque si petat dotalitium, dotem & nuptialia dona petere nequit. *Constit. Elect. Sax. 42. p. 2. ibique Möller n. 1.* nisi aliud pactum conuentum.

54. PRAESCRIPTIONE vxor priuilegia amittit; quae ab eo tempore currere incipit, quo mulier hanc actionem potuit instituere. *l. 30. vers. Omnis autem. C. de Iure Dot. l. 7. §. 5. in fin. C. de Praescript. 30. vel 40. annor.* (Cum non valenti agere, non currat praescriptio. *l. 1. §. 2. C. de Annal. Except.* PACIAN. *1. Consil. 148. n. 5.* COLLEG. ARGENT. *de Vsucap. th. vlt.*) quadragenaria scil. contra maritum, li-
56. cet iste casus vix dabilis. Contra tertium possessorem 10. vel 20. anni sufficiunt, nisi in mala fide sit constitutus; quo

quo caſu 30. anni requiruntur. *l. 1. & 2. C. Si aduerſ. Cred. l. 7. pr. C. de Annal. Except.* SARMIENT. *lib. 2. ſelect. interpr. cap. 9.* NEGVZANT. *membr. 2. de Pignor. p. 6. pr. n. 1.* MEV. *p. 4. deciſ. 283.* BRVNNEM. *ad l. 7. C. de Praeſcript. 30. annor.*

Porro amittit vxor priuilegia, INTERITV OMNI- 56.
VM BONORVM MARITI; *l. 8. pr. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* Etenim hoc caſu maritus exiſtit non ſoluen- 57.
do, nec tenetur ipſe amplius, quam facere poteſt, ne egeat. *l. vn. §. Cum autem. C. de R. U. A.* COCH. *Pr. For. Germ. p. 3. tit. Competentia. pag. 298. ſeq.* Ratio conſiſtit in reueren- 58.
tia coniugali, WOLFFG. AD. LAVTERBACH. *Diſp. de Benef. Competent. th. 19. pag. 23. quae extat. in Vol. 3.* contra quam foret, a muliere virum arctari, vt ne quidem ſalua retineat alimenta: Tantum ergo marito relinquendum quo 59.
ſe honeſte exhibere atque egeſtatem declinare poſſit.
Ex quo fluit, quod hic pactum in contrarium aut re- 60.
nunciatio inefficax habeatur MEV. *in Diſcuſſ. leuam. inop. deb. cap. 9. num. 45. ſeqq.* Ceſſat autem hoc beneficium com- 61.
petentiae ſi ipſa vxor aeque inops ſit atque egena, dotem repetens. Vid. ZOES. *tit. ff. Sol. matr. n. 25. ſeqq.* Par- 62.
te vero bonorum tantum perempta, durat pignus in reliquo, cum cauſam indiuiduam habeat. *l. 65. ff. de Euict.* h. e. totum pro toto debito, pro qualibet debiti parte, & rurſus quaelibet eius pars pro toto debito tenetur; neque oſtendi poteſt quaenam pars pro hac debiti parte, 63.
quae vero pro alia magis ſit obligata. arg. *l. 3. §. fin. ff. Qui pot. in pign.* Sed & neceſſe, vt ipſa rei ſubſtantia ſeu 64.
corpus pereat. *d. l. 8.* nam quae circa ſuperficiem contingit mutatio, nullam pignoris vel hypothecae deſtructionem operatur. *l. 16. §. 2. l. 29. §. pen. ff. de Pign. Act.* FRANCKIVS *ad tit. ff. Quib. mod. pign. ſolu. n. 142.* CARPZ. *deciſ. 12.*
Atque haec omnia non aliter accipimus, quam vt ſalua 65.
maneat vbique actio perſonalis. *l. 9. §. fin. ff. de V. Obl.* Vid. HORIENS. *ad l. 27. ff. de Pignor.*

DELI-

66. DELICTO ET CVLPA VXORIS denique amittit priuilegia vxor: Quae, si pudore suo postposito, thori genialis foedus violauerit atque adulterium commiserit,
67. dotem, dotalitium & donationem propter nuptias, &c. amittit. *l. 8. §. 3. & 6. l. 11. §. 1. C. de Repud. Nou. 117. cap. 8. Auth. Sed nouo iure. C. eod.* MEIER. *in Colleg. Arg. lib. ff. 25. tit. 2. th. 16.* BOCER. *de Adulter. c. 4. n. 30.* STRVV. *de Feud. cap. 14. §. 13.* TIRAQVELL. *de Leg. Connub. l. 1. n. 45. ad fin. & gl. 8. n. 238.* OLDENDORP. *Cl. act. 4. act. 26. adfin. remed. 6.*
68. BRVNNEM. *in Iure Eccles. lib. 2. cap. 17. §. 35.* siue ciuiliter, KÖPPEN *in Vs. pr. lib. 1. obs. 43. num. 23.* siue criminaliter agatur. BOCER. *d. tr. de Adulter. cap. 5. n. 33.* BERLICH. *p. 3. concl. 29.* KÖPPEN. *d. l. num. 8.* PETR. GREGOR. *36. Syntag. 6. n. 14.* BERTAZ. *conf. Crim. 20. n. 25.* Tam iure ciuili, quam Saxonico, RAVCHBAR. *p. 1. quaest. 47. n. 9. Gloss. 1.* Landr. *art. 21. & gl. penult. in* Weichbild. *art. 22.*
69. PISTOR. *Vol. 1. cons. 3.* iuxta quod & perdit omne lucrum omniaque iura doti adhaerentia: Nam cum principalis
70. causa non consistat, nec ea quidem quae sequuntur, locum habent. *l. 129. §. 1. l. 178. ff. de Reg. iur. in 6to. Cap. Si diligenti. 11. X. de Foro compet.* MATTH. de AFFLICT. *in C. vn. n. 11. de Success. fratr.*

71. Idem in sponsalitia largitate & Morgengaba und Mußtheil. *p. 3. const. Elect. Sax. 26. & p. 2. const. 21. per Rubr.* MODEST. PISTOR. *d. cons. 3.* THOMING. *decis. 28.* Add.
72. KÖPP. *in Vs. pr. lib. 1. obs. 43. num. 10.* In paraphernalibus autem haec non procedunt, WESENB. *h. t. ff. num. 19. in fin.* BOER. *decis. 338.* ZOES. *in Comment. ff. ad Leg. Iul. de Adult.*
73. *coerc. num. 30. & 31.* CARPZ. *quaest. 64. num. 28.* Cuius sententiae asseclae longo ordine recensentur a RAVCHBAR. *p. 1. quaest. 47. n. 11.* etiamsi mulier ea submiserit admi-
74. nistrationi mariti. *n. 32. d. l.* Quamuis contrarium in foro Saxonico receptum esse testentur RAVCHB. *d. l. n. 11.*

n. 11. BERLICH. *p. 4. concl. 29. n. 19.* PETRVS THEODORICVS *in Colleg. Crimin. disput. 9. th. 3.* CARPZ. *Pr. Crim. p. 2. quaest. 64. n. 38.* Sicut & de iure communi 74.
tantam partem ex paraphernis amittit, quanta est tertia pars dotis. *Nou. 117. cap. 8.*

Idem sentiendum videtur de donis nuptialibus, 75.
quod scilicet ea amittat, si maritus tantum ciuiliter eam de scelere adulterii admisso accuset, secundum opinionem communem. MYNSING. *cons. 1. & 43.* MÖLLER. *ad Constit. 21. p. 4. n. C.* Rectius autem hoc negat 76.
CARPZOV. *Pr. Cr. p. 2. quaest. 64. n. 19. seqq.* Ratio; quia dona nuptialia bonis paraphernalibus annumerantur, hinc merito de iis statuendum, quod de paraphernalibus: quippe quae de iure ciuili propter adulterium admissum non amittuntur. CARPZOV. *loc. cit.* Tex- 77.
tus enim nullibi eorum amissionis mentionem faciunt. BOCER. *de Adult. cap. 5. n. 35.* BERLICH. *p. 4. concl. 29. num. 12.* BARBOSA *ad l. 2. in pr. ff. Solut. matrmi. num. 54.* Idem iure canonico. BOCER. *d. l. n. 15.* Aliud de 78.
Iure Saxonico iuxta quod maritus ob adulterium vxoris paraphernalia, & per consequens dona nuptialia lucratur, vtpote quae in hoc foro dotalibus quodammodo annumerantur CARPZ. *Pr. Cr. qu. 64. n. 28. & seqq.*

Aliud dicendum, si non ob adulterium, sed pro- 79.
pter stuprum dum sponsa fuit, diuortium factum: Nimirum, si puella se callide fingat virginem, quae tamen iam tum ab alio deflorata & vitiata, fraude vero hac detecta nouus maritus impetrat diuortium. Hoc 80.
enim casu maritus ex vxoris bonis nihil retinet, sed medietas seu dimidia horum donorum sponsae restituenda. Prouti quoque in Supr. Elect. Saxon. Con- 81.
sistorio & a Scabinis Lipsiens. iudicatum esse refert.

CARPZOV. *lib. 2. Iurisprud. Consist. tit. 11. def. 99. hisce formalibus.* So wird Er der Ehe halben hiermit von ihr loß gezehlet, Er ist aber gleichwohl Beklagten ihr Einbringen, zu sampt den halben Hochzeit-Geschenck auf vorhergehende Liquidation zu erstatten und folgen zu lassen schuldig, V. R.
82. W. Ratio huius est, quia non propter adulterium, sed propter calliditatem, astutiam ac infidelitatem diuortium factum. CARPZ. *Pr. Crim. p. 2. quaest. 63. n. 63.* vbi & aliud praeiudicatum habet.

83. Atque haec omnia lucratur maritus, vtut in sententia nulla iniecta mentio, quod ad maritum pertinere debeant, sufficit, quod matrimonium per adulterium dissolutum sit. *Cap. Plerumque X. de Donat. int. vir. & vx. gl. fin. in Auth. Sed hodie. & gl. in l. Consensu.*
84. *vers. Si habere in 3. solutio. C. de Repud.* Nisi mulier viri lenocinio adulterata fuerit, quia tunc frustra improbat maritus illos mores, quos ipse corrupit aut ap-
85. probauit. *l. Cum mulier. 47. ff. Sol. matr.* Existimo tamen hoc casu posse magistratum in poenam admissi
86. facinoris vtrique haec bona auferre. Aut nisi quinquennium praeterlapsum, cum eo tempore marito praescripta actio. GEORG. MVNDIVS a RODACH. *cons. 14. n. 24. 70. Vol. 2.*

87. Eundem effectum non tantum ob ipsum adulterium sequi, sed & idem fieri existimant Dd. si modo vxor admittat oscula impudica, circumplicationes, tactus libidinosos, aliosque remotiores actus, *Nouell. 117.*
88. *cap. 8.* Cum ex hisce indiciis suspicio adulterii admissi facile oriri, CARPZOV. *Pr. Crim. p. 2. quaest. 60. num. 27. & p. 3. quaest. 122. num. 72.* MASCARD. *de Probat. concl. 453. num. 15. seqq.* GIESEBERTVS DEVTER. *Harm. cap. 5. vers. 18. num. 449.* PRAESES *in tract. de Iure Sensuum.*

suum. Disp. 7. cap. 5. atque maritus diuortium petere, seu ad interesse ciuile agere possit. Imo ob indicia 89. proxima diuortium locum habere posse constat ex *cap. 12. X. de Praesumpt.* Hinc, si vxor iuueni cuidam 90. munera, vel ceruicalia, strophiola & id genus alia mittat, aut vnum ex ministris domini delicatius quam alios ministros tractauerit, nec praeuia mariti adhortatione desistat, ex pari ratione illam iura amittere puto: Quia talia inter indicia adulterii ponuntur a 91. doctoribus. FARINAC. *quaest. 136. n. 125.* BOCER. *de Adult. cap. 4. num. 61.* COTHMAN. *resp. 16. num. 88. & seq. Vol. 3.* BOCER. *d. l. cap. 4. n. 74.* Casus vero in quibus 92. vxor adultera neque ciuiliter neque criminaliter a marito accusari poterit, notat. KLING. *in tit. Inst. de Nupt. C. de Diuort. n. 3. & 4.*

An diuortio facto maritus adulteram alere teneatur. 93. Vid. PETR. THEODORICVS *de Delict. Disput. 6. th. 3.* Eam alimenta amittere testatur COCH. *Pr. For. Germ. p. 2. in Act. Rer. Am. pag. 149.* si quidquam marito subtrahat, ab eo conuenitur Actione Rer. Amot. vel rei vindicatione: Ita vt nec beneficium competentiae 94. vxor vrgere possit; quia hoc delinquendo amittitur. *cit. loc.* Licet aliquando & hoc grauius puniri possit, 95. si cum adulterio nimirum hoc delictum concurrat, v. g. quando vxor marito res pretiosas auffert, illasque tradit moecho, post haec vna cum illo se in fugam coniicit. Quo casu & moechus vti adulter ne- 96. farius, propter duplex factum capitaliter, ipsaque vxor adultera pari poena propter scelus admissum puniri possunt. IOD. DAMHOVD. *Pr. Crim. Tit. de Furto Cap. 100. n. 44. & seqq.*

Verum

Verum enim vero iam in portu nauigamus, anchoram ergo ſigamus; Haec de materia hac pro temporis penuria ingeniique tenuitate, leui adumbraſſe penicillo, ſufficiant. Si quaedam exciderint non penitius excogitata & multis argumentis fulcita, cum haec non niſi feſtinata & interrupta opera congeſſerimus, expectamus & expetimus aequos ac pios iudices. DEO autem Optimo Maximo, pro clementiſſima Studiorum directione, gratias ago immortales; eiusdem tutelae quicquid vitae, reſtat, ſubmiſſe commendans.

S. D. G.